di. Nunq̄d in eternū ꝓiciet de⁹ aut absci-
det miseratōes suas a generatōe in genera-
tionē. Nūc g accedā ad dñm z exorabo. Et
dixerunt: Bon⁹ est sermo quē locut⁹ es. liij.
Reg. ij. Intrās g Adā in spū corā maiesta-
te dei z ꝓcidēs dixit illō Job. x. Man⁹ tue
dñe fecerunt me z plasmauerūt me totū zc.
Et de⁹ ait illud p̄s. O Adā: existimasti iniq̄
q ero tui sil'is scz qñ ꝓcapluisti sil'itudinem
meā: arguā te z statuā ꝑ faciē tuā. Tūc adā
pterrit⁹ ait intra se: illud p̄s. Obmutui z si-
lui a bonis: z dolor me renouat⁹ est. Acce-
ptaq̄ fiducia z viribꝫ resumptꝫ ait illud scri
ptum. iij. Reg. vlt. Cōfundor faciē meā le-
uare in celū ꝑ magnitudie iniq̄tatis mee: tñ
Miserere mei de⁹: vt scꝑtū est p p̄s. fm ma
gnā miscōiam tuā. Et fm mlt'itudinē mise-
tu. de. iniq̄. meā. In te dñe spaui nō ꝓfūdar
in eternū: in iusticia tua libera me. Inclina
aurē tuā accelera vt eruas me. s. cū oñi po-
steritate mea. Tunc astans dei iusticia ait:
Quid tu Adā loqrꝫ di. dño: In iusticia tua
libera me: nōne decretū est iusticie diuīe vt
deleant pctōres de libro viuētū: z cū iustis
nō scribāt: teste p̄s. Et itez ꝓuertāt pctōres
in infernū: oēs gētes q̄ obliuiscūt deū. Tu
ꝑ cū pctōr sis: ꝑ iuste derelinq̄ris i inferno:
cū oñi tua posteritate a q̄ pcm̄ ꝓtractū est
zc. Territ⁹ Adā fugit a facie dñi: z lachrȳ-
mabilit cepit dicere illud Treñ. j. Ego plo-
rans z ocul⁹ me⁹ deducēs aquā: qr facti sūt
filij mei ꝓditi. Jtē illud p̄s. Heu mihi qr in
colat⁹ me⁹ ꝓlongat⁹ ē zc. Tūc oēs ceperunt
planctū magnū ois marit⁹ sumpsit lamētū
di. illud Treñ. ij. Quō piecit dñs de celo in
clitā israel: z nō est recordat⁹ scabelli pedu
suoꝝ. Repulit dñs altare suū z tradidit nos
in man⁹ inimici.

Caplm. II.

CUm igit ꝓseuerarēt gemitibꝫ dixit
inter eos Dauid: Usq̄q̄ luget: Cō
gregate sctōs q̄ ordinauerūt testa-
mētū ei⁹ sup sacrificia: suauis em̄ dñs z mi
seratōes ei⁹ sup oia opa ei⁹. His ꝑbis ꝓfor
tati collegerūt ꝓcilū vt de pace acq̄rēda le
gationē dirigerēt deo suo: z elegerūt q̄ttuor
viros magne sctitatꝫ vicz Esaiā Heremiā
Job z Dauid: z dixerūt: Jsti sūt viri scti q̄s
elegit dñs i charitate nō ficta. Nā Esaias
futura rex in xp̄o z ecclīa ꝓuidit dño reue-
lāte. Heremias sctificat⁹ fuit in vtero mr̄is
Job erat vir simplex: cui sil'em i terra nō in
uenit de⁹ Job. j. Dauid ꝑo testimoniū ha-
buit: dicēte Samuele. Quesiuit sibi dñs vi
rū. i. Dauid iuxta cor suū. j. Reg. xiij. Dixer̄t
igit ꝓgatis ad dñm orātes p salute oīm. Et
flētes aiebāt: Exaudiat dñs orōnes vr̄as: z
recōcilier̄ vob: nec vos deserat in tpe malo
de⁹ miſeat nr̄i z bñdicat nob: illumīet vul-
tū suū sup nos z miſeat nr̄i. His dictꝫ prex-
it ꝑmo Esaias di. illud ca. lxiij. Utinā di
rūperes dñe celos z descēderes: vt notū fie
ret nomē tuū inimicꝫ tuis. Ecce tu irat⁹ es
qr peccauim⁹. Et nūc dñe pater noster es.
nos ꝑo lutū z opa manuū tuaꝝ oñes nos
ne irascaris dñe: z ne vltra memineꝫ iniq̄-
tatis nostre. Hec ibi. Tūc deus pater hoc
audito respexit ad iusticiā: z illa ait. Scꝑtū
est p istū Esaiā ca. lxv. Recede a me nō ap-
propinq̄s mihi qr imūd⁹ es: Ecce scꝑtū est
corā me redda z retribuā in sinū eoꝝ iniq̄ta
tes patrū vestroꝝ. Hec ibi. Territ⁹ Esa. et
ad suos reuersus cū lachrymis ait illud ca.
lvij. Plāgite sup regionē ōsiderabilē: qr nō
est paxꝝ ipīs dic̄ dñs. Scdo prexit Hiere-
mias loqnsq̄ cū plāctu ait illud Treñ. vlt.
Recordare dñe quid acciderit nobis intue
re z respice obꝓbriū nr̄m. ꝓres nostri pec

cauerũt z nos iniq̃tates eorũ portauim⁹: ve nobis qz peccauim⁹. Quare in ꝑpetuũ obliuiscer̃is nostri derelinq̃s nos in longitudinẽ dier̃. Cõuerte nos dñe ad te: innoua dies nr̃os sicut a ꝓncipio. Hec ibi. Tũc iustitia deo iubẽte ait illud Hiere. xj. Tu ergo noli orare ꝓ populo isto qz nõ exaudiã in tempe clamoris eor̃ ad me z ĩ tẽpore afflictõis eor̃: Et addidit. Nõne. ca. xv. ꝑ te scriptũ est, Si steterint Moyses z Samuel coram me nõ est aĩa mea ad populũ istũ. Eiici eos a facie mea. Territus Hieremias z ad suos reuers⁹ ait illõ Treno. ij. Deduc sz turba elector̃ q̃si torrentẽ lachrymas ꝑ diem z noctẽ z nõ taceat pupilla oc̃li tui. Et infra. Ego vir videꝫ paupertatẽ meã in ira indignatõis eius. Deminauit z adduxit in tenebras z nõ in lucem. Tercio ꝓtexit Job z loquẽs in amaritudine cordis sui dixit illud ca. vj. Quis det vt veniat petitio mea z qõ expecto tribuat mihi de⁹. Et iteruz. Parce mihi dñe nihil eñ sunt dies mei: vsq̃ q̃ nõ ꝑcis mihi nec dimittis me vt glutiã saliuã meam peccaui. Quid faciã tibi o custos hoĩm q̃re me posuisti cõtrariũ tibi z fact⁹ suz mihi metipi grauis. Cur nõ tollis peccatũ meũ z q̃re nõ aufers iniq̃tatẽ meã tẽ. Tũc dñs ait illud ca. xxxviij. Quis est iste inuoluẽs sentẽtias sermõibꝫ impitis z ad depcandũ cõpositis. Nunq̃d tu irritũ facies iudiciũ meũ: vt tu iustificeris. Quis eĩ resistere ꝑt vultui meo. Quis dedit mihi ante z reddam ei. Resumptis Job viribꝫ vt sermone molli frangeret iram dei dixit illud. xlij. ca. Scio qz oĩa potes z nulla te latet cogitatio. Idcirco me reꝑbendo z ago penitẽtiã in cinere. Et iteꝝ ca. vj. Uerũtñ ad oĩpotẽtem loquar z vias meas in ꝓspectu ei⁹ arguam: z ipe erit saluator me⁹ Et addidit illud ca. xiij. Cur faciẽ tuã abscõdis z arbitraris me inimicũ tuum. Contra foliũ qõ vento rapitur ostẽdis potẽtiã tuã z stipulam siccam ꝑsequeris. Scribis eñ ꝯ me amaritudines z ꝓsumere me vis pctis adolescẽtie mee. Tunc iusticia ait illud ca. viij. Usq̃q̃ loqueris talia. Nunq̃d de⁹ supplãtat iudiciũ z oĩpotẽs subuertit qõ iustũ est z q̃d pdest deo si iust⁹ fueris: aut q̃d ei conferes si imaculata fuerit vita tua. Scriptuz est ꝑ te ca. xxxviij. Oĩa q̃ sub celo sũt mea sũt: nõ parcã ꝓbis potẽtibꝫ z ad depcandũ cõpositis. Territus Job fugit ad suos cũ lachrymis di. Pereat dies in q̃ nat⁹ suz: et nox in q̃ dictũ est ꝓceptus ẽ hõ: q̃re data ẽ misero lux et vita bis q̃ in amaritudine aĩe sunt. Tũc oẽs ceperũt plãgere dicẽtes illõ Treñ. ij. Heu qz fact⁹ est dñs velut inimicus ꝑcipitauit isrl̃. Et infra. c. iij. In tenebrosis collocauit nos q̃si mortuos sempiternos: z cũ clamarem⁹ excluſit oratiõnẽ nostrã. Et iteꝝ eodez capl̃o. Nos iniq̃ egim⁹ dñe z ad iracũdiã puocauim⁹ te. Idcirco inexorabilis es ꝑcussisti nec pepcisti: vide dñe qm̃ aperuerunt sup nos os suum omnes inimici.

¶ Caplm. III.

Tacꝫ in luctu z gemitibꝫ desolati dixerũt alter ad alterꝫ Quid ampli⁹ faciem⁹ Quidã dicebãt Nõ est ampli⁹ opus vt ad dñm mittam⁹: qm̃ cõpleuit dñs furorẽ suũ effudit irã indignatõis sue: nõ addet vt respiciat nos Treñ. iij. ca. Hieremias ꝓ inter eos loquẽs dixit illud Treñ. iij. Hec tacea mus eo qz nõ esset reꝯes: donec respiciat z videat de⁹ de celis. Et iteꝝ. Per me inquit scriptũ est eodẽ capl̃o. Inundauerunt aq̃ sup caput meũ: dixi perij, sed inuocaui nomẽ tuũ dñe de lacu nouissimo: vocẽ meaz audisti: auertisti aurẽ tuã a singultu meo z clamoribꝫ. Hec ibi. Tũc z Dauid ait. Clamorẽ pauperꝫ exaudiet dñs: ĩmo confidite sciẽtes ꝑ certo: qz iurauit dñs Dauid veritatẽ z nõ frustrabit cũ de fructu vẽtris tui ponã sup sedẽ tuã. Dixerũt igit ad euz oẽs pge g̃ z tu ad dñm z depcare ꝑ nob. Hũc aũt z nos clamem⁹ in celũ z miserebit nr̃i deus noster z memor erit testamẽti patruz nostrorꝫ. j. Mach. iij. Tũc dauid cepit in celũ ascendere in spiritu z dicere: Aperite mihi portas iusticie z ingressus in eas cõfitebor dño. Michael aũt archangel⁹ ait ad eũ. Reuela dño ꝑ me viã tuã z dabit tibi petitões cordis tui. Respondit Dauid: Eructauit cor meũ verbũ bonũ dico ego opa mea regi. Dixit michael: Uide ne diutius graues regẽ sermone plixo. Tu enim scis quia vir linguosus nõ dirigẽt in terra hac. Respõdit Dauid. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Tunc angeli charitate ꝑuenti ibant ad dominũ dicentes. Memento domie Dauid z oĩs

mansuetudis ei⁹. Et ait dñs. Inueni da/uid seruū meū oleo sctō meo vnxi eū. Et veritas mea z miscōia mea cū ipo z in nomine meo exaltabit cornu ei⁹. Dixit quoq; Dauid ad michaelē. Quis deducet me in ciuitatē munitā. Introduc⁹ quoq; p angelos z trāsiens de hierarchia in hierarchiā de ordine in ordinē. aspiciēs loci amenita/tē ait. Quā dilecta tabernacla tua dñe ꝓtuū ꝓcupiuit z defecit aīa mea in atria dñi Beati q̄ habitāt in domo tua dñe in secla secl'oꝝ laudabūt te. Tūc pueniēs ad thronū dei vbi sancta trinitas residet, pstratus hūiliter adorauit dicēs. Bñdicat nos de⁹ deus noster bñdicat nos de⁹ z metuāt eū oēs fines terre. Dixit autē dñs. Quid vis vt faciā tibi. At ille. Ubi sunt miscōie tue dñe sicut iurasti Dauid in ꝓmitate tua. Tu dixisti: clamabit ad me z ego exaudiā illū eripiā eū z gl'ificabo eū: longitudīe dierꝝ replebo eū: z ostendā illi salutare meū. Ad te ergo dñe clamabo de⁹ me⁹ ne sileas a me. Exurge q̄re obdormis dñe exurge ne repellas in finē: q̄re faciē tuā auertis obliui/sceris tribulatōis nostre. Educ de carcere aīas nostras vt cōfiteamur noī tuo dñe. Tūc deo iubente dixit iusticia. Nōne p te scriptū est. Just⁹ dñs z iusticiā dilexit: equitatē vidit vultus ei⁹ iusticie lex dat vt peccatores puertant in infernū zc. At dauid. Tace tu nūc iusticia nec mihi molesta sis quoniā scriptū est. Miserationes dñi super oīa opa eius. vñ resumptis viribꝫ Dauid ait dño. Just⁹ q̄dem es dñe z rectū iudicium tuū. fac tñ cum seruo tuo ꝓm miscōiaz tuā. Remiscere miserationū tuaꝝ dñe. memor esto cōgregatiōis tue dñe quā possedisti ab initio. Fiat miscōia tua dñe super nos quēadmodū spauim⁹ in te. Tūc z omnes sancti patres clamātes dixerūt. Ne reminiscaris dñe delicta nostra vel pentum nostroꝝ: neq; vindictā sumas de peccatis nostris Thob. iij. Ut q̄d dñe repulisti in finē iratus ē furor tu⁹ sup oues pascue tue Ostēde nobis dñe miscōiam tuā zc. Itaq; miscōia cōpatiens generi humano dixit ad dñm. Tu exurgens dñe misereberis syon q̄r tps miserendi eius q̄r venit tps. Nōne tibi dñe ꝓpriꝫ est misereri: magisq; tue bonitati conuenit ꝓm miscōiam agere q̄ꝫ ꝓm merā iusticiā. Audiēs dauid miscōiaz loqui p se gratias agens dixit. Misericordias dñi in eternū cantabo. Sed z gen⁹ humanū audiēs p se esse miscōiā cepit fortiter clamare. O dei miscōia. o dei imensa pietas. o dei bonitas. Miserere nostri domine miserere nostri. Fiat miscōia tua domine sup nos zc. Exurge dñe adiuua nos z libera nos ꝓpter nomē tuū. Placat⁹ itaq; deus dixit ad dauid. Uade q̄r visitabo vos z suscitabo sup vos verbū meū bonū vt reducā vos Uere, xxix. Prostratus dauid et gratias agens dixit. Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo. Narrabo oīa mirabilia tua letabor et exultabo in te psallā nomi tuo altissime. Narrabo nomē tuum fratribꝫ meis in medio iustoꝝ laudabo te. Reuersusq; dauid ad suos ait cū gaudio. Qui timetis deū laudate eū vniuersum semen Jacob glorificate eū. q̄m nō sprezit neq; despexit deprecationē paupis zc. Intellexi a dño q̄m in eternū seruabo Dauid miscōiam meā et testamētū meū fidele ipi. Tūc oēs scti patres leti effecti deo gratias reddiderūt cū laudātes et dicētes. Bñdictus es dñe deus patrū nostroꝝ. bñdict⁹ es dñe qui intueris abissos. Bñdictus es sup thronū maiestatis et laudabilis et gloriosus in secula.

¶ Articulus secūdus p modū historie: q̄liter determinatū est p diuinā sapientiā vt homo redimat. vbi ꝓmo ponit allegatio miscōie. scōo oppositio iusticie. tercio determinatio sapientie. ¶ Lapīm. I.

Secundū misterium dicit determiatōis. Grandis nēpe questio orta est inter dei miscōiam et iusticiā ac veritatē de homīs liberatōe. q̄ quidē p filiuz dei scz sapientiā hoc mō determinata est. Et hāc imaginationē ponit beat⁹ Bernū. sup missus est. Circa hec aūt tria ꝓtemplemur. Primo miscōie allegationē et pbatiōnē. Dā miscōia dicebat. Piū est homini misero p se surgere nō valenti misereri. Et hoc pbat pluribꝫ modis et rōnibꝫ.

¶ Primo ex lege diuina.
¶ Scōo ex lege canonica.
¶ Tercio ex lege phica.
¶ Quarto ex lege ciuilica.

Prima ratio accipit ex lege diuia. quoniā

ſeptū est p ꝓphetā: Misericōdia dñi ab eterno vsq; in eternū sup timētes eū. Et itez. Nunq̄d obliuiscet miſereri deꝰ aut ꝯtinebit i ira sua miſcōdiam suā ꝛc̄. igit ꝛc̄. Et cōfirmabat sic. Indecēs est z oino illicitū deū sūme misericordē sicut oīs lex diuina z ꝓphete clamāt summā miſcōdiam nō oīdere. Suauis em̄ dñs vniuersis: z miſeratōes ei⁹ sup oīa opa ei⁹: g̈ inq̄t tu deꝰ ꝑ sup oīa miſericordissimū opus facere debes teipm̄ p redēptiōe hois exhibēdo. Scōo, pbabat rōne sumpta ex lege canonica. Quia q̄ō sc̄ placuit amplꝰ displicere nō p̄t. extra de regu. iu. li. vj. Deo aūt placuit hoīem creasse ad hūc finez. s. ad btūdinē. g̈ reduci dz z reparī ad eandē misericorditer post lapsuz. Itē odia sūt restrīgenda: fauores ampliādi: vt dicit ibidē. scz de regu. iu. li. vj. Et de pe. di j. pene. Odiosum aūt fuit pcm̄ Ade z meruit penaz. Jō ꝯgruū ē o dñe deꝰ vt fm tuā miſcōdiam amplies ei fauorē clemētie z miſatōis tue idulgendo ei⁹ pctō. Tercio pbat rōne sumpta ex lege phica: quia vnicuiq; rei cōueniēs est illud q̄ō cōpetit sibi fm suā ꝓprietatē naturalē: vt dicit Aristo. z Porphiriꝰ lib. de vti. Proprīū inq̄t est q̄ō vni soli z sp̄ ꝯuenit: vt homi ridere: vel rōcinarī ꝛc̄. Dz deo ꝓprīū ē miſereri, vt canit eccl̄ia. Deꝰ cui ꝓprīū est miſereri, g̈ ꝛc̄. Et h̄ ꝯfirmat ꝑ exēpla naturalia q; pietas z miſcōdia ꝓpria est nobilibꝫ z magnanimis anialibꝫ. Nobilis em̄ ira leonis pcere ꝓstratis: Dz z vrsus anial iracūdissimū z aper ferocissimꝰ pcere nolunt ꝓstratis Idcirco cōueniēs est vt deꝰ miſereat hoī ꝓstrato ꝑ pnīe būilitatē. Quarto ex lege ciuilica: q; dolus alicui⁹ nō dz sibi patrocinarī vt exinde p̄miū vel lucruz assequat. ff. de dolo malo. l. Ne ex dolo suo lucret. nec debet q̄s ꝓseq̄ emolimētuz de mēdacio suo, vt ff. de natalibꝫ restituēdis. l. j. Dz q; serpens fraude Adā z Euā decepit vt in seruitutē z captiuitatē eos redigeret. Jō maleficia serpentis lucrum z emolimētū habere nō debent: vinculis suis semp homīes detinēdo. Item deceptis z nō decipiētibus iura subueniunt. ff. ad velleianū. l. ij. Verba. z. ff. de in integrū restitutiōibꝫ. §. finali. Debet ergo ius diuinū subuenire decepto hoī ꝛc̄.

Capitulum. II.

Secūdo circa hanc q̄stionis decisionē ꝓtēplemur veritat⁹ z iusticie opinionē. Cū em̄ talibꝫ rōnibꝫ miſcōdia incliaret deū prēz ad miſandū z redimēdū hoīem. Fitas obstabat di. O miſcōdia q̄d tu loq̄ris? Nūq̄d vis me pire. Tu em̄ dñe deus cū sis deꝰ z nō mētiaris. Hā scriptū est. Veritas dñi manet in eternū. p̄ ps. Dz tu dixisti hoī. Quacūq; hora comederis mortemoriemi Gen̄. ij. ca. g̈ oportet q̄ ista sentētia tua stet fixa in fitate z sic homo in morte maneat. Ad hec miſcōdia: respondēs ait. Nonne vbi scriptum est. Veritas dñi manet in eternū, imediate p̄missum est. Quoniam ꝓfirmata est sup nos miſcōdia tua. Faciēda est ergo hec misericordia homī vt liberetur ꝓpter me: ne forte ipse deus videat esse īmisericors. sed z tu veritas debes mihi consentire in hoc. Ne autem obstet veritas illius sententie: quam allegasti scz Quacunq; hora comederitis morte moriemini. Fiat hoc modo: vt homo z moriatur z q̄ō ammō nō moriatur ꝓpter me. moriatur quidem corpaliter. cuius q̄dem mortis necessitatem incurrit p illam sententiā: sed nō moriatur morte eterna. In hoc enim mihi consentire debes: quoniā scriptuz est. Nunq̄d in eternū p̄ficiet deus aut in finem miſericordiam suam abscidet a generatione in generationem ꝛc̄. Ait veritas. Vere tibi non consentire asperuz est z crudele iudico: quoniam scriptuz est. j. Thozin. xiij. Nō est dissensionis deus sed pacis: libeat ergo miſereri homī hoc modo quo nō derogat veritati. Justicia vero videns veritatē consensisse ait ad eas. Quid facitis o miſericordia z veritas: nunquid deus subuertit iudicium Job. xxxiij. Scriptuz est enim iust⁹ dñs z iusticiam dilexit: equitatez vidit vultus eius. ps. Nō ergo p̄mittam sic homini miſereri vt excludar. Justicia quippe requirit vt sicut scriptum est Esa. xxvj. Tollatur impius z peccator ne videat gloriaz dei ꝛc̄. Miſericordia ait. O iusticia nō sis mihi cōtraria sed fiat homini miſericordia saltem ꝓpter me si nō ꝓpter Adam: quia z scriptum est p psal. Miserationes dñi sup oīa opa eius: g̈ z sup iusticiaz. vñ z tu mihi debes consentire vt homo miſericordiā cōsequatur. Justicia ait: nō possum aliter con

sentire misi ⁊ mihi satisfiat: nec decz vt deus tm̃ agat ſm̃ miscōiam ſz ⁊ ſm̃ iusticiā. Fiat ergo mihi satisfactio de pctō hoīs vsqz ad nouissimū q̄drantē dicēte scptura. Amē ap̄pe dico vobis nō exibit inde hō nisi reddat nouissimū q̄drantē Mat. v. Hoc facto tibi bñ ꝓsentire possum vt hō liberet: alias ego pibo. Et vñ Anshel. li. j. cur de⁹ hō. ca. xij. dicit. Liberior iaqt esset iniusticia si sola misericordia dimitteret: dimittere q̄ppe pctm̃ sine satisfactiōe nō est aliud q̄z nō punire. si aūt pctm̃ nō punit inordinatū aliq̄d dimittit quod nō decet regnū dei. ℊ ⁊c.

Capitulum. III.

Tercio ꝓplemur circa ℟ diuine sapiētie diffinitiōez siue ꝓclusiōez. nā tot ꝓtrarietatib⁹ motis de⁹ pater dedit oīne iudiciū facere filio sicut scptum est Joh. v. ⁊ mādauit illud decernere. Filiꝰ autē q̄ ⁊ sapiētia dei patris ē ſm̃ apl'm. j. Chor. j. Auditis allegatōib⁹ vtriusq̄ partis dixit: Justicia dicit pcm̃ si Adā nō maneat i mortē. Alia aūt dicit pcm̃ si Adā miscōiam nō ꝓsequit: hec est ℊ diffinitiua sentētia sup ℟. Fiat pena ⁊ mors bona Ade ⁊ habebit vtraq̄z qō petit. obstupuerūt oēs ⁊ dixerūt: Quō fiet istud cū pena sit amara ⁊ mors pctōrum pessima teste scptura: quō ℊ erit bona? Judex ait. Querat ex filijs Ade aliqs q̄ oīno sit iust⁹ ⁊ absq̄z oīni pctō etiā originali q̄ nō sit dign⁹ morti: ⁊ iste moriat ex charitate ⁊ puniat ꝓ hūano genere: cū nō sit debitor mortis ⁊ pene satisfit iusticie ⁊ hoī miscōia impendet. Currit ℊ ꝓpitas ⁊ circūiuit orbē terre ⁊ q̄rit si inueniat talē innocētē ⁊ nemo est inuētus mūd⁹ a sorde nec infans cui⁹ ē vnius diei vita sup terrā teste scptura. Tūc cum rediret miscōia ⁊ ꝓpitas obuiarūt sibi. ſ. mutuo. Et q̄siuit miscōia si inuenisset iustū. illa rñdit. Oēs declinauerūt sil' inutiles facti nō est q̄ faciat bonū nō ē vsq̄z ad vnū. teste ps. Tūc ⁊ iusticia ait. Et si inueniret talis iust⁹ ſz pur⁹ hō quō ei⁹ morte vel pena satisfieret ſm̃ dei iusticiā de pctō hoīs. Cū pctm̃ hoīs sit infinite grauitatis: tū qz ꝫ bonitatē infinitā. tū qz hoīem infinito bono ꝓuauit: tū q̄z qz infinita indiuidua hūani generis in potētia corrupit sicut patebit pte ꝓma hui⁹ li. ar. ij. ca. ij. in medio. Oīs aūt hō pur⁹ finiti est meriti. igit ⁊c. Tunc ait diuina charitas Quicq̄d in hac re cōtendatis ℟ est iudiciū: vt de⁹ fiat homo iustissim⁹ ⁊ absq̄z pctō: ⁊ ex charitate satisfaciat ſm̃ merā iusticiā sua pena ⁊ morte ꝓ hoīe. Sicq̄z miscōie ⁊ iusticie satisfit ⁊ cū hoc charitas dei infinita manifestabit: cū sic de⁹ hoīem dilexerit ⁊ lauerit cuz a pctīs suis in sanguine suo. Sup hac sentētia pacata ē iusticia ⁊ osculū pacis dedit miscōie ⁊ charitati: ⁊ tunc iusticia ⁊ pax osculate sūt. Tūc de⁹ pater ait: Oīa in sapiētia fecim⁹ mūdū creādo: sic oīnia in sapientia. i. in filio faciem⁹ mūdū repando. Ait filius: ecce ego vt fiat ista miscōia charitas iusticia ⁊ ꝓpitas in ꝓmissione. In capite q̄ppe libri scriptū ē de me: vt facerē volūtatē tuaz ⁊ sic determinatū ē: vt filiꝰ dei sit hō: ꝓ incarnationē q̄z ei⁹ ⁊ passionē liberet hō. O igit ania fidelis. O xpi sanguie redempta vide ḡnta charitate de⁹ te amauit vide ḡnta eius miscōia erga te extitit: ḡnta bonitas: vt ipse ꝓ te pctōre voluerit in scipo satisfacere ⁊ cū resurgere nō posses ipe ꝓ te subleuando seipm̃ subiecerit. Exinaniuit ꝓ te semetipm̃ ⁊ formā serui accepit: q̄ pctā tua ipe ptulit in corpe suo: vt peccat⁹ mortua iusticie viuas. O gratiosissima diuīe sapiētie diffinitio: vt deus sit hō cui⁹ passione redimat hō. O felix culpa inquit Greg. q̄ talē meruit habere redēptorē. O bēignissime de⁹ tibi q̄d ꝓ bis referam⁹ laudis ⁊ gratiarū actōis si milliēs nos ꝓ te impēderem⁹ minimū esset ad id qō tibi ex equo debem⁹ ꝓ tam pio dono et beneficio immēso.

Articul⁹ terci⁹ qualis cōditōis debuit eligi ⁊ esse mater dei ⁊ dñi ihu xpi.

Terciū misteriū dicit maternalis electiōis. Circa qō ꝓ ꝓtinuatiōe hystorie pcedentis possum⁹ ꝓtēplari: q⁹ post q̄z patrib⁹ sanct⁹ innotuit: q⁹ dei filiꝰ de sua matre ꝑelectissima incarnari deberet: ꝓsilio inito dixerūt ad inuicē illud. ij. Reg. j. Quera⁹ inquit nūc adolescentulā virginē speciosam q̄ stet cora rege ⁊ seruiat ei ⁊c. Talē inquā que digno suscipiat hospitio deū nostrū: nec in ea inueniat qō oculos sue maiestat⁹ offendat: ne forte inducat sup nos maledictionē ꝓ bñdictōe Ben. xxvij. Tunc inter eos Job dixit qō scriptū est. ca. xj. Forsitan vestigia dei cōprehēdem⁹ ⁊ vsq̄z ad pfectum oīpotētē repiem⁹ excelsior celo ē ⁊ vñ

cognoscem⁹,q,d,nō possum⁹ nos istud per oīa pfecte scire q̄t ꝛ q̄ntis pfectōib⁹ dei mat debeat fulgere, Sz hec ad sapiam dei pti nēt declarare. Exurgēs q̄z ihs filiꝰ syrach q̄ ꝛ eccliasticꝰ appellat dixit qđ scptū est. ca.j. Dis sapia a dño deo est, Arenā marꝭ ꝛ pluie guttas ꝛ dies seculi q̄s dinumerauit: sapiētiā dei pcedētē oīa q̄s iuestigauit: radix sapie cui reuelata ē: ꝛ astutias eiꝰ q̄s agnouit: Unꝰ est altissimꝰ creatoꝛ oīm: oīpotens ꝛ dñans deꝰ: ipe creauit illā scz ꝑginē matrē suā, i, creandā p̄uidit ab eterno ꝛ mltis pfectionib⁹ decoꝛādā. seq̄tur Ipe solꝰ vidit ꝛ dinumerauit ꝛ mēsus est ꝛ exaltauit eā super oīa opa sua ꝛ sup omnē carnē ꝑm datū suū. Hec ibi. Dixerūt itaq̄ mittam⁹ q̄ ad ōi sapientiā legatū ꝛ doceat nos q̄lis cōditiōis eē debeat ꝛ q̄ntis fulgere debeat oꝛnatib⁹ pfectionū ipa q̄ dig̃ est eligi in matrē dei. Dixerūt igit Dauid q̄ veniēs ait ad diuinā sapientiā, Dñe ad te ꝓfugi doce me facere voluntatē tuā q̄z deꝰ meꝰ es tu: spūs q̄ppe tuus deducet me in terrā rectā ꝑter nomē tuum dñe, viuifica me in eq̄tate tua, Scio em̄ q̄z btūs quē tu erudieris dñe ꝛ de lege tua docueris eū ꝛc. Doce q̄ me tuā volūtatē de matris eligende ꝓditōe. Rndens q̄z diuīa sapientia ait illud Deut. vj. Obserua et audi q̄ ego loquoꝛ tibi hodie. Ipa q̄ppe ꝥgo q̄ de nm debuit cōcipe debuit esse femīa amicta sole charitatis: ꝛ luna mūdane instabilitatis sub pedib⁹ eiꝰ p ꝓcēptum oīm terrenoꝝ: ꝛ in capite eiꝰ coꝛona, xij, stellaꝝ, q̄z, xij, cōditoꝛ nobilitatis debuit fulgere ꝛ gl̄iari que sequūt in trib⁹ q̄ternarijs distincta. Primꝰ q̄ternariꝰ accipit ex pte corpis. Scdus ex pte anīe. Tercⁱ ex pte vtriusq̄. Haz ex pte corpis debuit esse.

¶ Primo formosissima.
¶ Scdo nobilissima.
¶ Tercio de Dauid stirpe regia.
¶ Quarto nomīe Maria.

Secūdo ex pte anīe debuit esse.

¶ Primo a pctō purissima.
¶ Scdo ꝥtutib⁹ adoꝛnatissima.
¶ Tercio sanctitate excellētissima.
¶ Quarto dono dei pfectissima.

Tercio ex pte vtriusq̄ debuit esse.

¶ Primo virgo castissima.
¶ Scdo voto Joseph ꝓsecrata.
¶ Tercio viro desponsata.

¶ Quarto in nazareth cōmoꝛata.

¶ Capitulum.I.

Prima itaq̄ stella q̄ gloriat btā ꝥgo dicit formositas, ipa em̄ debuit eē ꝛ fuit ꝥgo pulcherrima coꝛpe ꝛ aia iuxta illud Can. iiij. Tota pulchra es amica mea ꝛc. ¶ Circa qđ querit: vtrū cōgruus erat deī matrē esse pulcherrimā pulchritudine coꝛpali. Arguit q̄ nō q̄z in matre ꝛpi nil debuit esse de vanitate, Sz fallax grā ꝛ vana ē pulchritudo ꝓuerb. vlt. g̃ ipa nō debuit eē pulchra. ¶ Preterea pulchritudo in femīa ē occasio ꝑculi. Un Eccī. ix. Uirginē ne ꝓspicias ne scādalizeris i pulchritudine eiꝰ. Et itē. Propt speciē mulier⁹ multi pierunt. Sz btā virgo oīb⁹ debuit esse cā salutis ꝛ nulli cā pcundi: g̃ nō debuit eē pulchra coꝛpaliter. Primo deꝰ in incarnatōe maximā debuit oñdere hūilitatē, iuxta illđ Phil. ij. Exinaniuit semetipm̄ formā serui accipiēs: sz maioꝛ est hūilitas carnē accipe de deformi q̄z de pulchra: g̃ mater dei debuit esse deformis. ¶ Ad hanc q̄stionē. Rndet q̄ mater dei nō debuit eē deformis sed pulcherrima etiā coꝛpali pulchritudīe: ꝛ h̄ pluribꝰ rōnib⁹ q̄s ponit magnꝰ Albertꝰ super missus est. ca. xlij.

¶ Primo rōne p̄figuratōis.
¶ Scdo rōne designatōis.
¶ Tercio rōne assimilatōis.
¶ Quarto rōne ꝥtutis laudabilioꝛis.

Primo inquā rōne p̄figuratōis: figura em̄ siue signū habere dz silitudinē cuz signatoꝛ: sed oēs mulieres p̄figurātes matrē ꝛpi fuerunt pulcherrime: sicut claret de Hester cōiugata Judith vidua Rachel et Rebecca ꝥginib⁹ teste scptura sacra. ¶ Scdo rōne designatiōis scz interioꝛis pulchritudīs: nā p pulchritudinē exterioꝛez ducit intellectꝰ ad interioꝛa q̄z nobiliꝛi ꝛ pulchriꝛi anīe debet nobilⁱ ꝛ pulchrⁱ coꝛpus. Hā materia ꝛ forma debēt esse ꝓportionata ꝑm phm. ij. li. de ania. Un ꝛ coꝛpꝰ būanū nobiliꝰ ꝛ pulchriꝰ est oīb⁹ coꝛpib⁹ bruto ꝝ ꝑter vnionez ad aīam nobiliorē vicz rōnalē. Cū g̃ in btā ꝥgine fuerit pfectissima pulchritudo anīe: debuit esse ꝛ pfectissima post ꝛpm pulchritudo coꝛpis. ¶ Tercio rōne assⁱlatōis. Haz phūs. ij. li. phisico. dic. q̄ natura ē vis insita rebus simūlia ex silibus ꝓcreans: nisi g̃ natura erret vel impediat: filiꝰ erit silis ꝑri vel

matri. Sz qm̃ fili⁹ bñdicte ꝟginis xp̃s fuit ꝛ debuit eē pulcherrim⁹. iuxta illud Dauid Speciosus forma p̄ filijs hoim: nec ꝑt impedimētū h̄ ꝯcurrere cū nascit xp̃s de mre sine pie spūsctō opante: cui⁹ pfectissima sūt opa: g̃ sicut fili⁹ fuit pulcherrim⁹: ita ꝛ mat̃ Nō em̃ pōt arbor bona fruct⁹ malos facere ꝛ ecōuerso Mat. vij. ¶ Quarto rōne virtutis laudabilioris, btā em̃ ꝟgo fuit castissima ꝛ ei⁹ castitas laudabilissima: sz laudabilior ē castitas ī pulchris. Sic g̃ alie sctē virgines laudant de pulchritudie corpali: qñ ꝓūcta ē spūali, put canit eccl'ia de q̄busdaz dí. Pulchra facie sz pulchrior fide beata es cē. Ita btā virgo oīi laude dignissima m'to magꝭ debuit cōmēdari de castitate in sūma pulchritudie corpali. q̄lis aūt pulchritudinis erat patebit infra, li. v. p. ij. ar. ij. p totū. ¶ Ad argumēta in oppositū. Ad ꝑmum rñdet fm eundē Alb. vbi s. q̄ bñ sola corporalis pulchritudo vana ē: nō aūt qñ ꝓūcta est spūali: qz tūc virt⁹ cōmēdabilior redd̄it vt patebit. ¶ Ad scōm dicit fm eundez ibidē: q̄ corpalis pulchritudo ī suo genere bona ē: licz mali qñq; ex h̄ scādalizant ꝛ occasionē piculi accipiūt. Scādalū aūt malorū vir vel nūq; caueri pōt. Nā ꝛ in deo qui sūme bon⁹ est mali scādalizant: qm̃ demōes ꝛ dānati in dei iustitia q̄ optima ē scandalizant: teste p̄s. Superbia eoz q̄ te oderūt ascēdit sp: boni aūt ꝛ scī edificant. Talis g̃ occasio mali sine scādali passiui nō est vitium bonā naturā habētis: sz culpa patiētis: ꝓpt̃ hoc g̃ nō debet dimitti qđ bonū est ꝛ cōgruum: sicut nec ꝓpter maloz scādalū dei iustitia dimittēda est. Pōt etiā ad h̄ dici q̄ pulchritudo btē virginis nulli occasio mali vl' scādali fuit: qz fm Bonauē, ipe spūsctūs replens virginē pcauebat ne vnq; ab aliq; cōcupisceret: vt lati⁹ dicet in alijs libris. ¶ Ad terciū dicit q̄ nō fuit cōgrua talis humiliatio deo q̄ humilitatē ꝛ castitatē matris minus cōmēdabilē redderet ꝛ minueret. Haz neq; laude dignū opinio indicaret si virgo deformis humilis esset ꝛ q̄si despecta viris virgo ꝑmaneret. Hec Alber. vbi s. Patz g̃ q̄ btā virgo fuerit pulchra.

¶ Capitulum. II.

Secūda stella dicit nobilitas qz btā virgo fuit ꝛ debuit esse ꝟgo nobilissima, Et h̄ fm Albertū, vbi s. ca. iv. ꝑ. ij. ar. j. q. iij. ¶ Primo rōne exaltatōis ipa em̃ debuit exaltari sup oēs hoies ꝛ angelos: g̃ debuit sup oīes būlior ꝛ virtuosior esse. Sz vt dicit Bern̄. Nobilior ꝛ cōmēdabilior est būilitas in nobili q̄z in ignobili ꝛ abiecto, vt igit̃ digna sit sup oīes exaltari debet ꝛ debuit nobilitate generis fungi in qua maior ꝛ laudabilior ei⁹ virginitas foret. Hā Aug⁹. dicit, q̄ nūq; btā virgo fuisset sup oīs choros exaltata nisi fuisset super oīes hoies humiliata. ¶ Scōo rōne ꝓformatōis: qz em̃ vt dicit Eccl'i. xiij. Oīe aīal diligit sibi simile, ꝛ fm phm. Sil'e applaudet simili. Un̄ ꝛ reges de stirpe regia volunt accipe sibi sponsas ꝛ nobiles de nobili, Cum g̃ xp̃s deus sit infinite nobilitatis: quia a patre nobilissimo sz deo eternaliter genit⁹: genitura dignissima, Igit̃ debuit et matrē ꝓformiter nobilem habere. ¶ Tercia rō gratificatōis: qz vt dicit Hiero. Seruitia ingenua sunt gratiora. sed btā virgo debuit seruire dei filio: ergo vt magis sint grata ei⁹ seruitia debuit esse ingenua ꝛ spectabilis genere. De hac ei⁹ nobilitate latius li. ij. p. ij. ca. j. ar. j.

¶ Capitulum. III.

Tercia stella q̄ gloriat̃ dña nostra dicit Dauid generositas, Hā mater dei debuit esse de stirpe Dauid regis: qz vt scriptura testat: ipsi Dauid facta ē ꝓmissio de xp̃o, iuxta illud p̄s. Jurauit dom̃in⁹ Dauid veritatē ꝛ nō frustrabit̃ cuz de fructu ventris tui ponā sup sedē tuaz. Un̄ ꝛ Esa. xj. ca. Egrediet virga de radice iesse: q̄ quidē fuit pater Dauid: ꝛ flos de radice eius ascēdet cē. Proinde angel⁹ annūcians beate ꝟgini xp̃m dixit de eo. Dabit illi dñs deus sedē Dauid patris ei⁹ fm Alco. de lyra. Intelligendo de tpali sede vel regno Dauid: xp̃s nō sedit sup sedē Dauid: imo istud negauit coram Pylato Joh. xviij. di. Regnū meū nō est de hoc mūdo. Loquit̃ ergo hic angel⁹ de regno spūali ꝛ celesti: qđ figuratū fuit p regnū tpale Dauid: sicut ꝛ celestē hierusalē p tpalem cē. Claret g̃ q̄ btā virgo fuerit de Dauid stirpe regia ꝛ a deo electa.

¶ Capitulum. IIII.

Quarta stella dicit nomīs dignitas nam mater dei debuit nomīari hoc nomīe dignissimo Maria, qz congruenti⁹ p hoc nomē exp̃mit̃ eius virginal

lis ⁊ dignissima conceptio q̄s p qđcūq̄s aliud nomē. Vñ Bern̄, sup missus ē dicit. Loquamur pauca de hoc noie Maria qđ interp̄tat stella maris qđ matri ꝑgini valde cōgruenter adaptat: ipsa nanq̄ aptissime sideri comparat: qz sicut sine sui corruptione sidus emittit radiū: sic sine sui lesiōe ꝑgo ptulit filiū. Nec sideri radi⁹ minuit suā claritatē: nec ꝑgini fili⁹ suā integritatē: ipe nāq̄ ē stella nobilissima ex Jacob orta, cui⁹ radi⁹ vniuersum orbē illuminat: cui⁹ splēdor etiā p̄fulget in supnis ⁊ inferos penetrat. Hec Bern̄. Merito igit̄ a stella nomē accipe debuit mr̄ dei: qz sic erat ꝓphetatū Num. xxiiij. Orietur stella ex Jacob ⁊ qz magis ei⁹ virginali ꝯceptioni ꝯgruit, de q̄ hic ptr̄aseo breuiter qz lati⁹ libro. vj. tractatur⁹ sum de eo.

¶ Capitulum. V.

Quinta stella in ordine: ⁊ p̄ma scōr̄ ēternarū dicit puritas. Hā ipa bn̄ dicta ꝑgo q̄ dei mater erat eligēda debuit esse ꝑgo purissima ab oī pctō īmaculata: sicut q̄ p̄dictū est Can. iiij. Tota pulchra es ⁊ macula, s. peccati nō est in te: rō qz nō decebat dei matrē esse alicui⁹ peccati cōtagione maculatā. Nō em̄ habitat deus in aīa vel corpe subdito pctis Sap. j. Hinc Anselm⁹ ꝯceptu ꝑgi. ca. xviij. Decebat vt ꝯceptio illi⁹ hoīs ex matre fieret purissima tanta puritate q̄ sub deo nequit maior intelligi cui de⁹ pater suū vnigenitū quē de corde suo genuit equalē sibi ita dare disposuerat: vt esset vn⁹ ⁊ idez dei fili⁹ ⁊ ꝑginis fili⁹, ⁊ quā ipe fili⁹ specialit̄ sibi matrē eligebat ⁊ de qua spūssctūs opatur⁹ erat vt ex ipa ꝯciperet ⁊ nasceret ille de q̄ pcedebat. Hec Anſ.

¶ Capitulum. VI.

Sexta stella q̄ gloriat̄ dei mater dicitur ꝑtuositas. Debuit em̄ mat̄ dei eligi talis virgo q̄ foret ꝑtutib⁹ adornatissima, qm̄ de ipa scriptū ē Eccl. xxiiij. In me oīs gratia vie ⁊ veritatis: in me oīs spes vite ⁊ ꝑtutis. Rō. qz Bern̄. dicit. Quā tūlibet te affliges quātūlibet te crucies non dabit tibi copiam sui dn̄s virtutū: nisi fueris ꝑtutibus adornat⁹. Cum ergo de⁹ nulli nisi ꝑtuoso copiā sui tribuat, sequit̄ q̄ beata virgo dei mater cui se de⁹ in filium tribuendū disposuerat eēt ꝑtutib⁹ decoratissima. Proinde ⁊ p̄m Aug. ac Bern̄. Beata virgo p̄us in aīa q̄s in corpe ꝯcepit salnatorē, p fidē spem ⁊ charitatē. Que ꝑtutes si in ipa nō fuissent: de⁹ in eius vterū nō venisset. Debuit etiā sup oīs esse humillima qz deū amisit p̄ma femina Eua p̄ supbiā: ḡ ipa inuenire debuit, p toti generi humano p hūilitatē. Et idcirco ipa teste in suo Can. Respexit dn̄s hūilitatē ancille sue Lu. j. De ei⁹ virtutib⁹ q̄bus floruit dicet̄ li. vij. p. ij. arti. iij. p totū.

¶ Capm. VII.

Septima stella dicit̄ sanctitas, nam debuit esse sctitate excellentissima q̄ deū gigneret vtpote q̄ sup oēs sanctos ⁊ choros erat exaltanda. Maiorē ergo grām sctificatōis etiā in vtero sue matr̄ debuit habere dei mat̄ q̄s q̄cunq̄s sctūs: qm̄ vt dicit Damascen⁹ ipa a nullo illustriū debuit superari: que p oībus debuit exaltari Et hoc etiā oñdi p̄t ex scpture serie p̄s. Sanctificauit tabernaculū suū altissim⁹. Et ītex. Elegit eā de⁹ ⁊ p̄elegit eam: ḡ p alijs sctificauit. Scdo ex fide qz qđ alijs est cōcessum tante ꝑgini nō est negatū: ꝛ ꝑm fidē Johes ⁊ Hieremias sunt in vtero sctificati: ḡ multo magis btā virgo dei mater debuit sctificari. Nam ꝑm Arist. ij. thopico. Si ei cui min⁹ videt inesse ī est: ⁊ ei cui mag⁹. Si em̄ serui xp̄i p̄dicti sunt sctificati: multo magis ei⁹ mater p̄cellēti⁹ est sctificata. Vñ Bern̄. i epla ad canoñ. lugduneñ. dicit. Puto q̄ copiosior gratia sctificatōis in ipam descēdit que nō solū ipius ortū sctificauit sed etiā eā ab oī pctō īmunē custodiuit. Hec ille. De hac sctificatione latius li. v. p. j. ar. ij. p totū.

¶ Capitulum. VIII.

Octaua stella dicit̄ pfectionis sublimitas. Debuit em̄ talis eligi in dei matrē que foret dei dono pfectissima ⁊ oī gratia plena: vt de eius plenitudine accipiant vniuersi: q̄tinus dicere valeat illud Eccl. xxiiij. In me oīs gratia vie ⁊ veritatis in me oīs spes vite ⁊ virtut⁹. Transite ad me oēs qui ꝯcupiscitis me: ⁊ a generationib⁹ meis adimplemini. Decreuit ergo diuina sapiētia vt ea que eligeret in matrem inq̄ntum talis esset tam pfecta q̄ pfectior eē nō possit. Circa hoc quer̄. Utrū deus potuerit ipam facere pfectiorē vel melioremq̄s fecit. Respōdet ꝑm Tho. j. scpto sentētia⁹ di. xxij. ar. ij. Et iterum. j. pte sūme q. xxvij. ar. vj. Concor. Alexan. de hal. q̄ pfectum est cui nil addi potest de bonitate et

beata virgo ingtū dei mater est talis. Licz em̄ deus omnē creaturaz in pfectione accidentali possit in infinitū facere meliorē. In pfectiōe tamē essentiali nō potest facere melioꝛem, verbi gratia: nō potest facere quaternariū maiorē, quia si fieret maioꝛ iam nō esset quaternari⁹ sed alius numer⁹: quia vnitas addita in numer⁹ variat speciē ſm Aristoti. Sic a simili: licz deus potuerit beataz virginem vt dei creaturā vel vt mulierez facere meliorez in pfectione accidentali tamē nō potuit facere vt esset melioꝛ mater z melioris filij mater: z ordinata ad maius bonum. Ita q̄ bis tribus nō potest aliquid fieri melius scz humanitate christi: beatitudine creata: z beata virgine, quod patet: quia hec tria habent quandā dignitatē infinitaz ex bono infinito quod deus est. Nam humanitas christi habet dignitatē infinitā ex hoc q̄ iuncta est diuinitati que est infinituz bonum. Et beatitudo creata habet dignitatem infinitā ex hoc q̄ est dei fruitio: et beata ꝑgo ex hoc q̄ est mater dei z ex hac parte nō potest eis aliquid melius fieri sicut nō potest aliq̄d meli⁹ esse deo. Hec Tho.

Capitulum. IX.

In Oña stella in ordine: z prima tercij quaternarij: dicit virginitas. Naz dei genitrix debuit esse virgo castissima coꝛpoꝛe z aīa: quod pt̄z. Primo ex autoꝛitate Esa. vij. ca. Ecce virgo concipiet z pariet filiuz z vocabit nomen ei⁹ Emanuel, id est nobiscum deus. Secūdo patet ex rōnibus plurib⁹. Primo q̄dem quia nō fuit conueniēs vt dei filius haberet alium patrem q̄z deum ne dei patris dignitas ad patrem aliū transferret. Secūdo vt sicut verbuz eterni patris quod est filius dei nascitur ab eo sine oīi coꝛruptione sicut z verbum in nostro coꝛde absq̄ coꝛdis coꝛruptione concipit z pducitur. Ita ad ostendendū puritatem filij dei nascentis debuit a matre virgine absq̄ mentis z carnis coꝛruptione concipi z nasci in carne assumpta a verbo. Tercio quia nō decebat vt christ⁹ qui venerat aliorum peccata tollere Joh̄. j. Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit peccata mundi. Ipe cum culpa veniret in mundū: dum p concubitū z coꝛruptionē nasceret. Quarto ꝓpter finem incarnatōis. Nam christus ideo incarnatus est vt homies in filios dei nascerent: renascunt autez filij dei: nō ex voluntate carnis: neq̄z ex voluntate viri sed ex deo, id est dei virtute. Cuius rei signum apparere debuit i ipa conceptōe christi ex matre virgine, vt August. dicit libro de sancta virginitate. Hec beat⁹ Tho. iij. pte sūme. q. xxviij. ar. j. De his latius lib. viij. par. j. p totum.

Tercio patz hoc ex figurarū similitudinib⁹. Nam ꝑginitas matris dei pfigurata est in rubo ardenti qui nō comburebatur Exod. iij. Item Ezechiel. xliij. in porta templi: que clausa phibet z nō apietur quoniam dñs egreditur p eā. Et in multis alijs de quibus causa breuitatis hic pt̄ranseo: libro quo supza latius dicturus.

Capitulum. X.

Decima stella qua gloziat dei genitrix: dicitur voti religiositas. Nam ea debuit eligi in dei matrē: que nō soluz esset virgo absolute sed et virgo voto consecrata: quod ostendit. Primo ex autoꝛitate beati scz August. lib. de sancta ꝑginitate: vbi sic dicit. Annūciāte angelo Maria respondit. Quomō fiet istud: quoniā virum nō cognosco, q̄ō pfecto nō diceret nisi se virginē ante vouisset. Secūdo ostēditur rōne: quia virginitas in matre dei p excellenter pollere debuit: sed magis est laudabilis ꝑginitas sctā vel cōseruata ex voto: sic z cetera pfectōis opa magis sūt laudabilia ex voto ꝓpter q̄ō p̄s. hortat⁹ ad votū di. Vouete z reddite dño deo vestro oīes qui in circūitu eius offertis munera. Ergo dei mater debuit ex voto offerre deo suam ꝑginitatem. Sed di. Quomō beata virgo votuz ꝑginitatis emittere ausa est: cuz hoc in lege veteri phibitum erat. Vñ Exod. xxiij. Nō erit infecūda nec sterilis in terra tua. Respōdetur q̄ beata virgo habuit virginitatē tribus modis. Primo in desiderio. Nā anteq̄z incarnatio filij dei ab angelo sibi annūciaretur ꝑginitatē simpliciter z absolute nō vouit: eo q̄ nō licebat. Ratio: quia tempore legis oportebat generatōi insistere tam viros q̄z mulieres: eo q̄ ex illo populo christ⁹ expectabat ſm carnis oziginez nasciturus. Habuit tamē beata virgo tunc temp⁹ virginitatem in desiderio z eam sub conditiōe vouit scz si deo placeret: voluntatē suam z desideriū diuino cōmittens arbitrio. Secundo beata virgo habuit virginitatē in fa

cto:quia postꝯ sibi ĩnotuit hoc deo fore acceptum scz vt virginitatẽ voueret anteꝯ ab angelo sibi denunciaret ⁊ anteꝯ a Joseph desponsaret absolute virginitatez vouit.

¶ Tercio ex cõmuni bñplacito.nam postꝯ fuit desponsata: ipa siml cum sponso suo ex cõmuni voluntate ⁊ bñplacito ac cõsensu:virginitatꝫ votũ emisit. Hec beat⁹ Tho. iij.qte sũme.q.xxviij.ar.iij.

Capitulum.XI.

Undecima stella qua gloriat dei genitrix dicitur sponsi,pbitas. debuit quippe talis in dei matrẽ virgo eligi que esset desponsata viro ,pbissimo ⁊ castissimo noĩe Joseph. Et hoc ostendit ꝑm Albertũ vbi s.ca.l.rõnib⁹ plurib⁹.

¶ Primo rõne pfiguratõis.

¶ Scõo rõne interptationis.

¶ Tercio rõne testificatõis.

Primo rõne pfiguratõis. Nam nõ cõgruebat vt sponsus beate virginis pfiguraret p aliquẽ qui extiterit maritus p carnalẽ copulam,cum ipe sine carnali copula sanctũ cõiugium cũ virgine contraxerit:virgo coniugem virginẽ custodiuit:⁊ ministrauit filio ⁊ matri:paterno affectu sincero. Uñ licz Hester figurauit beatã virginẽ nõ tamẽ decuit vt eius sponsus pfiguraret p Asuerum vt sic spõsus dñi nostri Asuerus debuerit nominari:quia inter Asuerũ ⁊ Hester carnalis copula fuit. Similit eadẽ rõne licz Sara gignens filiuz ꝓter naturã in monte imolandum teneat figuram domĩe nostre que genuit filium contra naturã in cruce imolandum. Nõ decuit tamẽ vt eius sponsus Abraam nomiet:quia inter Abraã ⁊ Saram carnalis copula interuenit ⁊ eodẽ modo de Rebecca ⁊ Jsaac ac alijs similib⁹,sed decebat vt istud coniugiũ ⁊ ipse spõsus beate virginis pfiguraret p Joseph in sui fidelitate ⁊ castitate erga vxorem dñi sui ac mysterioꝝ reuelatiõe,pcurationis cõmissione:cibi ꝓseruatione:⁊ terre plationẽ. Uñ Bernñ,sup missus est dicit sic: Quis ⁊ qualis fuerit iste sponsus Joseph memẽto siml et illius magni patriarche venditi in egyptum:⁊ scito ipm istud vocabulũ nõ solum sortitum fuisse: sed ⁊ castimoniã adeptum: innocentiã ⁊ gratiã consecutũ. Siquidẽ ille Joseph venditus in egyptum dño suo fidem seruãs:dñe sue noluit cõmisceri. Iste herodianã inuidiaz fugiens in egyptũ christum portans dñam suã dñi sui matrẽ virginẽ,⁊ ipe ꝓtinens fideliter custodiuit. Illi data est intelligẽtia mysterij somnioꝝ. Isti datum est ꝓticipem esse celestiũ sacramẽtorum. Ille frumẽta seruauit nõ sibi soli sed ⁊ oĩi populo. Iste panẽ viuũ de celo seruandum accepit sibi ⁊ toti mũdo. Nõ ergo dubium: quin fidelis ⁊ bon⁹ homo fuerit iste Joseph cui mater dñi saluatoris desponsata extitit. Hec ille. ¶ Tercio rõne interptationis siue significatiõis nois: quia Joseph interptatur augmentũ vel incrementũ: qđ optime ipi congruit sponso Marie.quia p hanc desponsationẽ quãtũ ad se quãtũ ad ꝓximũ ⁊ quãtũ ad deum ꝑplurimũ sublimat⁹ fuit ꝓfectũ ⁊ ꝑcipue castitatis augmẽto Nam et ipse castitatẽ vouisse credit cuz cõiuge virgine ⁊ẽ.sicut dicit Aug⁹. li. de cõiugali bono. Item actus fuit fame celebritate hominũ reuerentia ⁊ dilectiõe,ac matris dei familiaritate. ¶ Tercio rõne testificationis vt scz ipe Joseph sponsus castus:testis esset et custos castitatis beate virginis, de hoc infra eo.li.p.vj.arti.iij.ca.j.lati⁹ habes.

¶ Capitulum.XII.

Duodecima stella qua gloriat beata virgo dicit habitaculi pclaritas Nã in pclara ciuitate nazareth habitare debuit beata virgo dum christũ conciperet vt impleret illud ꝓpheticum Esa.xj. Egredietur virga de radice ieſſe,vbi ꝑm veritatem hebraicã habet:⁊ nazare⁹ de radice ei⁹ ascendet. Unde ⁊ Hath.ij.scribit ꝑ ꝓphetas esse dictũ: quoniã nazare⁹ vocabit nomẽ eius ⁊ẽ. De hoc latius infra eodez li. par.vj.ar.j.ca.iij.habet. Ne eñ pliitas tedium generet:hec breui⁹ ꝓtranseo: ⁊ vt reuertamur sicut ceperam⁹ in hac pte ꝓcedere ad modũ historicũ:quẽ si placuerit tenere potes ꝑ oñes dictas stellas ꝓcedẽdo:tãꝯ si sapiẽtia dei p dictas oñes autoritates ⁊ rõnes adductas docuerit Dauid interrogantẽ. Jam igit his habitis possum⁹ cõtẽplari:qđ Dauid gratias egit de bona inforꝫmatõne di. Uere magn⁹ dñs noster ⁊ magna virtus ei⁹ ⁊ sapientie ei⁹ nõ est numer⁹ Oñia in sapiẽtia fecisti dñe: impleta est terra possessione tua. Reuersus quoꝯ ad patres ait cum gaudio: Cantate dño canticuz nouũ:quia mirabilia fecit. Notuz fecit dñs

salutare suū in ꝓspectu gentiū reuelauit iu-
sticiam suā. Exposuitq; oēs ꝓditiones p̄
missas quas debuit habere dei genitrix.

¶ Tunc sancti patres cōmuni consilio mi-
serunt Dauid ad nazareth: vt videret si ali-
quā talem possit repire. Conspiciēs quoq;
in spiritu beatā virginem Mariā desponsatam Joseph virginē pulcherrimā esse et oīm gratia plenam ⁊c. dixit ad eaz. Audi fi
lia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuā ⁊ cōcupiscet
rex decorē tuuz quoniā ipe est dñs deus tu
us ⁊c. Respōdit Maria. Paratū cor meuz
paratū cor meū cantabo ⁊ psallaz in gloria
mea. ¶ Dauid igitur accedens ad dñm ait:
Inueni locū dño tabernaculū deo Jacob
Surge dñe in requiem tuā tu ⁊ archa san-
ctificatōis tue. Tunc deus pater misit an-
gelos ad videndū beatā virginē quaz Da-
uid cōmendauerat. Qui venientes ad eam
dixerunt inter se. Hec est que nesciuit thoz
in delicto habebit fructum in respectōe ani
marū sanctaz. Sap. iij. Et regressi cōmen
dauerūt eam in domo sūmi regis: laudātes
eam ⁊ dicētes. O q̄ pulchra est casta gene-
ratio scz beate virginis cum claritate oīs
virtutiz ⁊ gratie. Immortalis eñ est memo
ria eius que ⁊ apud deū nota est ⁊ apud ho
mines Sap. iij. ca. ¶ Intuens ergo deus
pater eam: dilexit eam ⁊ ait illud Sap. viij
Hanc amaui ⁊ quesiui sponsaz mihi assu-
mere eam ⁊ amator factus suz forme illius.
Deniq; dei filius intuens eam ait. Hec re-
quies mea i seculū seculi hic habitabo quo
niā elegi eam. Et spūssanct⁹ dixit. Oportet
eam mihi p̄uenire in bñdictionib⁹ dulcedi-
nis. Requiescet ergo sup eam spiritus dñi
sapientie ⁊ intellectus ⁊c. Esa. xj. Et tūc de-
creuit deus vt mittat angelus ad eaz qui sa
lutet eam nouo munere ditandā: et eius as-
sensum requirat: quo facto dei filium in vte
rū suscipiat. Dauid ergo regressus cū gau-
dio ad patrez ait. Exultate deo adiutori no
stro: iubilate deo Jacob. Oēs quoq; san
cti patres in laudē virginis assurgētes ceci
nerunt dicētes. Tu gloria hierusalē: tu bo-
norificentia populi nostri. Idcirco eris be-
nedicta in eternum Judith. xv. Et nos igit
charissimi: quāta possum⁹ deuotione deuz
in gloria sue dignissime genitricis collaude
mus: ei gratias ꝑ tanto beneficio agentes:
clamem⁹ vt nobis gratia ⁊ gloria donet.

¶ Tercia ps ⁊ sermo tercius p̄mi libri agit de angelica nunciatōe siue missione. Et circa hoc qualiter apparuerit beate virgini angelus et quali dignitate.

Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth: ad virginē desponsatam viro: cui nomē erat Joseph de domo Dauid et nomen ꝑginis Maria Luc. j. Si p̄missa cha
rissimi pensam⁹ sacri euangelij verba: com
perim⁹ q̄ maxima cordis deuotione vene-
rari debeam⁹ sanctū Gabrielē archangelus
missum a deo ad benedictā virginem. ¶ Mi
rū ex tribus p̄cipue quilibet legatus red
ditur multum cōmendabilis ⁊ dignissima
reuerēna suscipiend⁹. Primo q̄dem ex mit-
tentis dignitate. Secūdo ex negocij ꝑ quo
mittitur arduitate. Tercio ex psone ad quā
mittitur maiestate. Sic ꝑ oīa ipse ange-
lus Gabriel multū nobis reddit amabilis
pariter ⁊ venerabilis: tum quia mittit a sū-
mo omniū creatore deo infinite dignitatis:
tum quia in negocio sup oīa arduissimo
diuine incarnatōis nobis quoq; vtilissimo
immittit: tum quoq; quia ad benedictā vir
ginem Mariā: celi reginam ⁊ mūdi dñam
mittitur salutandū ⁊c. quatin⁹ ipso annun-
ciante dei filius in virgineū descendat vte-
rum et visitet nos oriens ex alto. ¶ Sicut
quippe in vere quādo philomena canit dul
citer: consueuit ros celestis descēdere: ita cū
hec philomena celestis vicz Gabriel cantū
illum mellifluū vicz Aue gratia plena ceci-
nit dei filius e celo in vterum ꝑginis descē-
dit ꝑ nostre salutis opatione: ꝓrerea euan-
gelista Lucas in verbis sacri euangelij bec
tria de isto sanctissimo Gabriele enūciat di
cens. Missus est angelus Gabriel a deo:
Ecce mittētis summa dignitas: quia a deo
Item ad virginē desponsatā viro ⁊c. Ecce
ipius psone ad quā mittit sublimitas. Tā-
dem in sequētib⁹ clarescit rei ꝑ qua missus
est arduitas: scz incarnationis diuine: sicut
patz in ꝓcessu verboꝝ eius ad virginez be-
nedictam platozum. De hac igitur angeli-
ca missione ⁊ annūciatiōe loqui intendētes
tria mysteria notabim⁹ ꝑ sermone.

¶ Primū mysteriū angelice annunciatio-
nis siue missionis.

¶ Secõm dicit̃ mysteriũ q̃lifice opatõis. Terciũ 02 mysteriũ dignifice obſuatõis ¶ Articulus ꝓmus q̃ mysteriũ diuĩe incarnatõis debuit annũciari virgini ꝑ angelum Gabrielem.

¶ Capitulum.I.

PRimũ misteri um angelice missionis ꝛ annũciatõis. ¶ Circa q̃ quattuor ꝑcipue occurrunt questiones.

¶ Prima vtrũ necessariũ ꝛ congruũ fuerit incarnatõis mysteriũ beate virgini annũciari. ¶ Scõa questio vtrum hec dñica annunciatio ꝑ nũcium tm̃õ angelicũ debuit fieri ꝛc̃. ¶ Tercia questio de quo ordine debuerit angelus ad virginẽ ꝑ hac annũciatione mitti. ¶ Quarta questio vtrũ cõgruentius Gabriel inter oñes angelos debuerit ꝑ hac annũciatõe facilẽda eligi. ¶ Ad ꝑmã questionẽ qua querit̃: vtz̃ necessariũ fuerit ꝛ cõgruũ incarnatõis mysteriũ beate virgini annũciari. Arguit̃ q̃ nõ: quia deus cum sit ꝓpinquissim9 humane menti qui solus ĩmediate illabitur anime: vt dicit Aug. nõ videtur quare necessariũ fuerit aliq̃ mediante dei aduentũ virgini benedicte annũciari. ¶ Item ista incarnatio dñi ꝓnũciata erat olim ꝑ ꝓphetas. Unde Esa. vij. Ecce virgo concipiet ꝛc̃. ergo nõ erat necessariuz fieri ꝑ angelum. ¶ Incõtrariũ est diuĩe scripture autoritas ꝛ diuĩe ꝓuidẽtie ordo: que nil incõgruum admittit: ergo cõgruum fuit annũciari ꝛc̃. ¶ Ad questionẽ igit̃ respõdetur q̃ necessariũ erat annũciare beate virgini q̃ ipa esset christũ cõceptura pluribus rõnibus ſm Tho. tercio scripto sentẽtiarũ di. iij. ar. j. Et iterum. iij. ꝑte sũme. q. xxx. ar. j. Hecnõ ꝛ ſm Albertũ sup missus est. ca. j. ¶ Primo vt virginis intellectus erudiret̃ et illustraret̃. Cum em̃ mens deo viciniοz sit ꝛ intimioz ꝙ corpus: nõ decebat vt dei sapientia eius vtz̃ inhabitaret sine hoc q̃ mẽs eius prius fidei lumine ꝛ cognitiõe summe sapiẽtie resplẽderet. Et iõ ꝑus debuit mens eius intelligere ꝛ cognoscere q̃d in ea fiendum erat q̃d ꝑ annũciationẽ factum est anteq̃ carnem cõcipet. Unde Aug9. li. de verbis dñi sic dicit. Beatioz est Maria ꝑcipiendo fidem christi q̃ cõcipiendo carnẽ xpi. Et subdit ibidez. Paterna ꝓpinquitas nihil Marie ꝓfuisset: nisi felicius christũ cor de q̃ corꝛe gestasset. Hec ille. ¶ Secunda ratio vt virginis affectus ꝛ actus acceptaretur. Nam deus nõ diligit coacta ſultia sed spontanea. vt dicit Aug. iuxta illud ps. Uoluntarie sacrificabo tibi ꝛ ꝓfiteboꝛ nomini tuo dñe quoniã bonũ est. Unde beata virgo cum singulariter ꝛ excellẽter in dei seruitium eligeret̃ quẽ vtero portauit: lacte aluit: brachijs baiulauit: decuit vt eius obsequiũ voluntariũ angelo nũciante requireretur: ad quod se ꝑatam ꝛ ꝓmptam obtulit dicens. Ecce ancilla dñi. ¶ Tercia ratio vt virginis cõsensus exꝑmeret̃. Si em̃ in matrimonio corꝑali requirit̃ expressus consensus: multomagz in mr̃imonio spũali: cuz sit maioꝛ ꝓiunctio mẽtis q̃ carnis. Et ideo vt ostẽderet̃ esse q̃dam spũale mr̃imoniũ inter dei filium ꝛ humanã naturã. igit̃ ꝑ annũciatione angeli expectabat̃ cõsensus virginis loco totius hũane nature. Idcirco Augst. in sermone de natiuitate beate Marie dicit: O beata Maria seculũ oñe captiuum: tuũ deꝑcatur assensum. Te dña mundus sue fidei obsidez fecit: Noli morari virgo. nũcio festinãter respõde verbũ: ꝛ suscipe filium: da fidem ꝛ senti virtutẽ. Ecce inquit ancilla dñi fiat mihi ſm verbũ tuum. Hec moꝛa ꝛginalẽ thalamũ ingredit̃ xps. Hec ille. ¶ Quarta ratio addit̃ ſm Alber. vbi supꝛa. vt deus magz honoꝛaret̃ ꝛ hõ instrueretur. Nam deus in hac annũciatiõe honoꝛabat̃ q̃ntum ad potẽtiã in eo q̃ angelos mistros habuit: ꝛ quãtũ ad sapiẽtiã: in eo q̃ modus nostre liberatiõis modo ꝑditionis directe obuiauit cum virginẽ ꝑ angelum bonũ docuit: sicut angel9 malus virginem Euam decepit. Item homo instruit̃ ad deuotionẽ in eo q̃ humana natura abiecta deo ꝛ angelis inimica a deo prioꝛ ꝑ angelũ salutat̃: ꝛ in hoc etiam de9 honoꝛat̃ quãtuz ad bonitatẽ: que ex hoc resplendet ac charitatem: deniq̃ ex hoc homo instruit̃ ad fidez ad obediendũ deo ꝛ ad humilitatez exẽplo beate virginis ꝛc̃. ¶ Et ꝑ hec ꝓmissa ꝓtz responsio ad ꝓmũ argumẽtũ incõtrariũ. Ad secũdũ autẽ respõdet̃ ſm eundẽ Tho. vbi supꝛa. q̃ licz ꝓphetia ꝓdestinatiõis complet̃ sine nostro arbitrio causante nõ tñ sine nostro arbitrio ꝓsentiẽte. ꝛ sic patz ꝛc̃.

¶ Capitulum.II.

¶ Ad terciũ quesitum de huius salutatõis excellentia: Utꝛ vidz ista salutatio hoc mõ facta sit oĩm salutationũ excellentissima. ¶ Tu foꝛtan arguis ꝙ nõ. quia salutatio quã dñs Jesus tenuit ꝛ docuit fuit excellentioꝛ ista salutatõne scz Pax vobis ꝛc. Tũ quia a digniozi, plata ꝛ edocta: ꝺa a christo q̃ digniꝛ est oĩbus angelis, tum ꝺa bonum quanto cõmuni⁹ tãto melius ꝙ Aristo. ij. Ethic. In hac aũt salutatõe vidz: pax vobis: non solum cõmuni⁹ bonum sed et iocundi⁹ bonum annũciat. puta pax facta ꝙ christũ inter deum ꝛ genus bũanũ. Nil aũt hac pace iocundius. vt dicit Aug⁹. ergo sequit ꝙ illa salutatio sit excellentioꝛ ista. ¶ Preterea si angelus salutasset btãz virginem boc mõ vt dixisset Aue dei mater vl' dei genitrix futura: maioꝛi et excellẽtioꝛi mõ eam salutassz cum de tãta dignitate que est excellẽtioꝛ oĩum dignitatum pure creature cõueniẽtiuz salutasset. ergo iste modus quẽ angelus tenuit nõ est excellẽtissimus ꝛc. ¶ Ad questionem itaq̃ respondendo: dico ꝼm Petrum aureoli in suo cõpendio. li. iij. c. ij. ꝙ ista salutatio angelica qua beata virgo extitit salutata sine ꝓiudicõ dici potest ꝙ sit oĩm aliarũ salutationũ q̃ sunt vl' fieri potuissent excellentissima, ꝛ hoc mltiplici exrõne. ¶ Primo q̃dem ex salutantis autoꝛitate, quia ista salutatio missa est a deo ꝛ tota trinitate. Luce. j. Missus est angelus a deo in ciuitatez gali. ꝛc. Nec istam salutatõem angelus ĩ ꝓpria persona ꝛ a se: sed tanq̃ a deo ꝓtulit. vt supꝛa patuit. ¶ Secũdo ex nũcij sublimitate. Non eĩm bõ fuit dignus nũciare et boc mõ salutare, sed angelus, nec q̃libet angelus sed Gabriel. ¶ Tercio ex ꝓsone salutate dignitate. quia salutata est btissima ꝑgo Maria sup oẽs hoies digniss̃ima. ¶ Quarto ex modi salutandi q̃litate quia iste modꝰ salutãdi notat ꝛ indicat. Primo summã virginis innocẽtiam cum ꝺꝛ. Aue. Secundo summã ei collatã grãm tanq̃ donum dei excellentissimũ, cum ꝺꝛ: gratia plena. Tercio summã gl'iam qua maioꝛ neq̃t esse in mõdo scz dei eẽ matrẽ moꝛ futurã: cũ ꝺꝛ: dñs tecũ, scz in mẽte ꝛ in vẽtre: vt exponit Aug⁹, ꝛc. Quarto singularissimã sup oẽs excellentiaz et ꝓrogatiuam: cũ ꝺꝛ: bñdicta tu in mulieri

bus. ¶ Deniq; quinto excellit ista salutatō alias in ꝓtenti vel inclusi vniuersalitate, ꝙa vniuersalr oēs modos salutādi continere ꝛ includere videt implicite. Hā salutationes in scriptura q̄dam inueniunt salutꝫ optatiue. ij. Re. xvj. Salue rex. Quedam gr̄e desideratiue: aplus in plibꝫ locis. Gratia vob ꝛ pax a deo mltiplicet. Quedā gaudiū. Tho. v. Gaudiū tibi sit sp. Quedam bñdictiōis. Ruth. ij. Bñdicat tibi dñs. Quedaz pacis annūciatiue, vt Joh. xx. Pax vob ꝛc. Hec aūt salutatio angeli ex oīb cōflata videtur, cōtinet em̄ salutē: cū ait. Aue. Itē gr̄az cum dicit, gratia plena. Gaudiū ꝛ pacē: cū dicit. dñs tecū. Itē bñdictionē: cum ait. bñdicta tu in mulierib ꝛc. Vñ claret ista salutationē fuisse ꝛ esse excellētissimā. ¶ Ad ꝑmuz in ꝓtrariū argumentū ꝺr ꝙ illa: pax vobis: nō excedit ista dignitate vl autoritate, qz et ista est a deo missa ꝛ edocta ꝑ angelum vt tactū est, deniq; in ista salutatōne annunciat etiā pacis et oīs boni cōicatio toti generi hūano ꝑ ꝓceptū beate ꝑgīs. nisi dicas ꝙ illa .s. pax vobis: excedat ista in nunciꝫ dignitate, qz illā deꝰ ꝑ seipm in xpo voluit annūciare Ista aūt ꝑ angelū. et tō q̄tum ad hoc solū illa excellit ista. ista aūt excellit illaz ex aliꝭ p̄missis rōnib. ¶ Ad secundū dico ꝙ angelus nō debuit salutare ꝛ dicere: Aue mater dei, qz nōdū erat, ptūc mater dei, nec debuit dicere: Aue genitrix dei futura, ꝺa primo debebat req̄rere virgīs ꝓsensum ad suscipiendū deū. vt supꝫ dictū est ꝑte vicz tercia ꝛc. Sufficiēter etiā istud dedit intellige re cū dixit: dñs tecū, s. in ventre ꝛ mente.

¶ Insup buiꝰ salutatōis excellētia ꝛ elꝰ virtus oīdit ꝑ plura facta miracula: ex q̄b aliqua hic referri libeat. ¶ Cū em̄ pestis valida in regno Hungarie boīes q̄z plurimos depasceret: Audiui a q̄dā mihi referente ꝙ ꝓtra istam pestē inguinariā nō esset melior medicina q̄z ꝙ postq̄z aliq̄s se senuiret infectū: statim ipm apostema signo crucꝭ signādo dicere nouē Aue Maria: ꝑ singula crucem faciēdo sup apostemate, dicebat em̄ ip se referēs se boc mō euasisse. Quod cuz ego audiuissem firma memoria tenui. Et cōfite ꝺr ꝺa cum essem ipsa peste ꝑcussus pluribꝫ vicibꝫ: hoc dignissimo remedio p̄dicto euasi. Hec vis ipsiꝰ apostematis p̄ualere mihi potuit q̄tienscunq; dictū remediū exhibui.

¶ Item btūs Anshelmus libro miraculoꝝ rū. ca. xvij. refert q̄ddā miraculū narratōne dignissimū: de boc vicz ꝙ q̄daz q̄si tota die Aue maria dicebat. Cūq; pegrinꝰ iret ipe ꝑ locū siluestrem: q̄dā mali robbatores credētes ꝙ esset pecunia apud ipm: occiderūt eū instigāte diabolo: ꝛ sepelierūt eū ꝑpe stratā in eodē loco: baculū quoq; cubitalē quem portabat in manu ipe pegrinus fixerunt in terrā supra corpus defuncti ad memoriaz. postmodū idē baculus meritis btē virgīs ramos ꝓtulit ꝛ frōdes: radicēq; q̄q; misit in os defuncti ꝛ facta est arbor pulcra et magna. Cunq; ꝑgressu tpis q̄dam magnꝰ clericus inde trāsitū faciens reqescceret sub vmbra illius arboris: vidit vna cū comitātib eū ꝙ in q̄libet folio patēti lra vt ab oīb legi posset scriptū erat: Aue Maria gr̄a plena dñs tecū. Admirati q̄sierūt ab boīb q̄d boc eēt Illi dixerūt ꝙ q̄dā pegrinus q̄ndam fuisse ibi occisus: ꝛ baculus infixꝰ terre ibi fuisset supra eius corpꝰ. igit accedūt miracło oēs pcussi ꝛ aperūt terrā: et ecce īuenerunt corpus integrū ꝛ sine oī putredie iacere in terra: radicesq; arboris in ore hr̄e. Cognouerunt oēs q̄a bō ille frequētasset in vita dicere Aue maria ꝛc. ꝛ laudarūt deum ac btām virginē. Unde locus iste postea habit ꝰ est in magna reuerētia a fidelib: vbi deꝰ ad inuocationē btē virgīs ostendit mlta miracula. Ecce claret q̄z excellēs sit virtus huiꝰ salutatōis, quia ꝛ animā credit in celū meritꝫ btē virgīs ꝑuexisse. et corpus longo tēpore ꝑeter naturā in terra illesum cōseruasse: et miraculose arborem frondosam de sicco ligno ꝑduxisse: radicēq; in os defuncti īmisisse: deniq; folia ipa salutatōe depicta grandi miraculo fuisse. Multa quoq; miracula ibi contigisse ad gloriam benedicte virginis et eius filij domini nostri Jesu chr̄isti. Eya ergo fidelis anima aduerte q̄z bonum sit beatam virginez crebro salutare. Pensa diligenter virtutem huius salutatiōis ꝛ noli esse piger hāc excellentissimā salutationē frequētius corde ꝛ ore ad laudem virginis deꝓmere ꝛc. vt valeas gratiam et gloriaz eternam obtinere ꝛc.

¶ Articulus secundus de medio salutationis angelice, scz: gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus.

Circa secundum misteriū ō hui⁹ salutatōis medio ſm q tres ſentētie cōtinent: tres cōſiderationes faciemus. ¶ Prima cōſideratio de boc q dicit Gratia plena. ¶ Secunda de boc q dicit Dñs tecum. ¶ Tercia de boc q ōr Bñdicta tu in mulieribus ꝛē.

¶ Caplm. I. de boc q dicit Gratia plena.

Ad boc q dicit gratia plena: tria ſūt inueſtigāda. ¶ Primū de huius dicti cōgruētia. ¶ Secundum de hui⁹ plenitudinis differētia. ¶ Terciū de ei⁹ intelligētia. ¶ Primo inquā de hui⁹ dicti: ſcz Gratia plena cōgruentia Querit: q̄re dicat gratia plena. ¶ Videt em̄ q boc dici nō ita ꝯgruebat ſicut ſi diciſſet: gloria plena, quia gloria pfectior eſt gratia. ergo in hac ſalutatione pfectiſſima debuit dici gloria plena. ¶ Item videt q debuerit dici ſpūſcto plena, quia ſpūſanctus nomīat tantūmō gratiam gratū facientē in nobiliſſimo eſſe, gratia aūt nō, quia diuidit gratia etiā ad gr̄am gratis datā. ſed ſpūſanct⁹ ſemp dicit gr̄am gratum facientē: ergo in iſta ſalutatōne nobiliſſima debuit dici ſpūſancto plena. ¶ Ad boc rñdet ſm magnū Albertum vbi ſupra ca. lxviij. q iſtud ſumme cōgruebat vt angelus diceret: gr̄a plena. Ratio quia in hac ſalutatōne annūciabat initiū ⁊ ōrigo oīs gratie ac beatitudinis in humanus genus trāſfundēde per btām virginē mariā. Vñ Eccī. xxiij. In me inārt oīs gratia vie et veritatis: in me oīs ſpes vite et virtutis. ſz initium glie ⁊ btūdis eſt in hac vita p gr̄am cuius ꝯſummatio eſt in futuro per gloriaz. Nam ſm Richarō. ſup. iij. ſnīaz. diſt. xlix. Gloria nil aliud eſt niſi gr̄a cōſūmata. ergo congrue dictū eſt gratia plena, vt p boc ſignaret q per hāc ſalutationē annūciat ōrigo omnis gratie in humanū genus trāſfū dende tam in via q̄ in patria. ¶ Ad pmū ergo obiectum patet reſpōſio q nō debuit dici glia plena, qr glia eſt ꝯſūmatio gratie. hic aūt annūciat initium et ōrigo gr̄e. ergo poti⁹ poni debuit gratia q̄ gloria. ¶ Ad ſecundū ōr q ſpūſanctus ꝓprie tm̄ nominat gr̄am ſpūalem ⁊ gratū facientē. Gratia autē cōmune eſt ad gr̄az corpalem ſiue gratis datam: ⁊ etiam ad ſpūalem ſiue gratū facientē Unde cū iſta plenitudo in beata virgie cōtineat gr̄as non tm̄ ſpūales ſed etiā corpales: congruenti⁹ dicit gratia plena q̄ ſpirituſancto plena. Hec Albertus vbi ſupra.

¶ Capitulum. II.

Secundo de hui⁹ plenitudis differentia q̄ritur in q̄ differat iſta plenitudo gr̄e ab alijs plenitudinibus. Hoc q̄dem ideo: quia ⁊ de xp̄o legit q fuit plenus gratia ⁊ veritate Joh. j. ¶ Itē de ſte phano Act. vj. Stephanus aūt plen⁹ gr̄a et fortitudine. Item de aplis Actuū. ij. Repleti ſunt oēs ſpūſancto ꝛē. ¶ Ad hoc breuiter reſpōdet ſm Tho. iij. ſcripto ſnīaz. diſtin. xiij. q. j. ar. ij. cōcordant Alber. ⁊ noſter Richar. Bonauē. ⁊ cōiter doctores q qua druplex eſt plenitudo gr̄e

¶ Prima ſufficientie.

¶ Secunda copie.

¶ Tercia ſingularis excellentie.

¶ Quarta efficientie ⁊ redundātie.

Prima eſt plenitudo ſufficiētie p quam aliq̄ in ſe formaliter ſunt pfecti q̄tū ad oēs virtutes ⁊ q̄tū ad expulſionē oīm pctōz mortalium. Et hec plenitudo fuit in aplis et in beato Stephano ac alijs ſctis pfectis ſm quā alicui ſic implet deo vt nil in eo deo aduerſum remaneat. ¶ Secunda plenitudo gratie eſt plenitudo copie. Et hec eſt in tota eccl̄ia dei: qz nulla gratiarū ei deeſt: quin ſit in aliq̄ membroz ſuoz. ¶ Tercia eſt plenitudo ſpecialis excellētie vel p̄rogatiue q̄ nō ſolum oīa mortalia ſed etiā oīa venialia repellit. ⁊ hec fuit in btā virgine: ſm quā plena gratia fuit: vt nil eſſet in ea quod nō ordinaretur ad deū. ¶ Quarta eſt plenitudo efficientie ⁊ redūdantie: qua alicui nō ſoluz eſt plenus in ſe ⁊ pfectus ſed etiā eſt cā plenitudinis ⁊ redūdātie ipſius gratie in alijs et talis eſt plenitudo in chriſto q̄ eſt cā efficiens oīs pfectionis ſanctoz. de cuius plenitudine nos oēs accepimus gr̄am p gratia. vt dicit aplus. Sic ḡ differunt iſte plenitudines ſubſtātialiter ⁊ originalr Eſt em̄ plenitudo xp̄i quaſi fontis. Plenitudo aūt btē virgis q̄ſi flumis plenitudo. Sanctoz aūt plenitudo q̄ſi plenitudo riui a flumine deſcēdēs. ¶ Itē aliud exēplū cape tale. Plenitudo ſufficientie eſt q̄ replet ſm rei cōgruentiā: vt cū ōr piccariū plenū eſt vino: non q ibi nullus vacu⁹ locus relinquet q̄a vſq̄ ad ſūmū orificiū eſt repletū, ſed qr ſm cō-

gruētiā ꝓccario ſufficit vinuz. Sic fuit in aplīs z ſtephano q̄ peccauerūt venialr. De nīq̄ eſt plenitudo vſq̄quaq̄ replens q̄ in re impleta nil vacuū relinquit vt in mēſura vini vel olei: vel in ꝓccario vſq̄ ad ſūmuz oꝛificiū repleto. Hec fuit in btā ꝙgine q̄ nū q̄ peccauit. Superfluēs aūt plenitudo eſt qñ res ipſa vaſis capacitatē excedit z in ad extra effluens redundat: hec fuit in ꝙpo. Et hec ipſa plenitudo deſcēdit etiā in btāz virginē qñ ꝙbū dei ꝛcepit. vñ ꝑm Alber. Plenitudo xp̄i ꝑuat particularitatē: q̄a non ad mēſurā dedit ei de⁹ ſpūmſctm. glo. i. nō ptīculariter neq̄ p ſubdiuiſiōes: ſed vniuerſaliter z generalr. Plenitudo aūt btē ꝙgis ꝑuat vacuitatē. q̄diu em̄ vas pōt recipe aliq̄d: tādiu habet aliq̄d de vacuitate. vñ oīs creatura habet aliq̄d de vacuitate: q̄a maiozē gr̄am recipe pōt. Sed btā ꝙgo tātā recepit vt maiozez recipe nō poſſet: ſcz q̄ eſſet mater dei. z ſic patet. ¶ Capitulum. III.

Tercio videndū eſt de huiꝰ dicti intelligētia. q̄d ſcz p hāc plenitudinez gr̄e in btā virgīe intelligaī z in q̄ cōſiſtat iſta eiꝰ plenitudo. Ad qđ breuit dicēdū ꝑm Alber. ſup miſſus eſt. ca. lxxij. z. ccx. Hecnō ꝑm Jaco. de voragine q̄ p hoc qđ dꝛ Gratia plena: tria cōprehēſa intelligunt ꝑm q̄ iſta plenitudo in his tribꝰ conſiſtit.

¶ Primo p̄cellentia dignitatis.

¶ Secūdo preeminētia ſanctitatis.

¶ Tercio ſupabūdantia capacitatis

Primo intelligit p̄cellētia dignitatis: q̄ in ℞ claret z attēdit q̄ ipſa eſt virgo mr̄ oīpotentis dei: dña mūdi z regina celi ac oīm impatrix gloꝛioſa. Un ipſa cōpat ſe cedro Eccī. xxiiij. Quaſi cedrus exaltata ſum in libano Cedrus q̄ppe in altitudīe trāſcendit oēs arbozes: ſic z ipſa oēs hoīes z angelos ac creaturas. ¶ Secundo p hoc q̄ dꝛ gratia plena intelligit p̄eminētia ſctitatis q̄ in ℞ attēdit q̄ ipſa ſup oēs angelos et ſanctos infra deuz eſt ſanctiſſima z puriſſima ea puritate q̄ ſub deo neq̄t maioꝛ intelligi. Et inſup nō ſolū in ſe eſt ſctiſſima: ſed z alios pt ſctificare z a pctō ſanare. Unde ſe cōpat cypreſſo q̄ eſt arboꝛ medicinalis. Eccī. xxiiij. Quaſi inq̄t cypꝛeſſus in monte ſyon. ꝓterea Hugo ō ſctō vic. dicit ad eā. Recte dicta es gratia plena: q̄a de te oꝛtus eſt fons gratie. Jō toꝛtū nobis q̄dāmodo a te qđ p illum nob eſt q̄ natus eſt ex te. Bñ em̄ dicta es gratia plena z intantū plena vt ex tua redūdantia totus hauriat mūdus. Hec ille. ¶ Tercio intelligit ſupabūdātia capacitatis. i. q̄ ipſa fuit ſupabūdātiſſime capax oīm gratie. Qđ q̄dem attēdit ꝓmo in hoc q̄ oēs gr̄as generales z ſpeciales oīm creaturarū in ſūmo habuit: nec aliq̄ gratia ſibi defuit. vñ Eccī. xxiiij. In me oīm gratia vie et veritatis ꝛc. De hoc latiꝰ deo duce dicet cū de vita eius aget. Secūdo attēditur in hoc q̄ ipſa illas gratias habuit a q̄b⁹ oīm creatura vacua fuit. ſcz: q̄ eſſet virgo z mater. Mater dei et hoīs: dña mōi ꝛc. Tercio in hoc q̄ ſua gratia tanta fuit q̄ pura creatura niſi eſſet deo vnita maioꝛis gratie capax eſſe non potuit Quarto q̄ gratiā increatā in ſe totā cōtinuit. z ſic p omnem modū gr̄a plena fuit ꝛc.

¶ De hoc q̄ dꝛ dñs tecū ¶ Caplm IIII

Secundo q̄z de hoc q̄ dicit: dñs tecum: tria q̄runt. ¶ Primo vt̄z hoc dictū ſit ab angelo bene poſitum. Secūdo q̄re aliq̄d ōtermīatiuū ad hoc dictū nō ſit additū: puta vt dixiſſet dñs oīpotens tecū. vel dñs exercituū. ¶ Tercio q̄liter dñm eſſe cū btā virgine ſit accipiendū.

¶ Ad ꝑmā q̄ſtionē Arguit q̄ nō bñ ponatur dñs tecum hoc loco, ſed potius debuit poni: pater tecum, ꝓbat q̄ vt dicit pḥus li. Rheto. Sermones ſp inq̄rēdi ſunt ꝑm materiā. ſed in hac ſalutatione agit de materia amoꝛis Cū ergo dñs ſit nomē timoꝛis z pr̄ nomen amoꝛis: iuxta illud Malach. j. Si ego dñs vbi eſt timoꝛ meꝰ ꝛc. g̃ videt q̄ debuit poni pater tecum. ¶ Cōfirmat: q̄a dominus dꝛ q̄ſi dans minas. hic aūt nulla fit cōminatio ſed ꝓmiſſio. ergo nō debuit dici dñs tecum. ¶ Itē cū tota trinitas ſit mittēs iſtam ſalutatiōez: videt q̄ debuit dici trinitas tecū. ¶ Itē ille q̄ annūciat vocat emanuel. i. deus nobiſcum. vt dꝛ Eſa. vñ. capi. Iſtud aūt eē nobiſcū cōplebat in iſta annūciatione. ergo angelus debuit dicere deꝰ tecum vel deus nobiſcū. ¶ Itez iſta ꝛceptio appꝛopꝛiat ſpūiſctō: z etiā dñs habitat i homine p ſpūſſancti gratiā. ergo debuit dicere: ſpūſſanctus tecum. ¶ Item videt q̄ debuit dicere: dñs in te. Fuit em̄ dñs cum beata virgine modo eſſendi in: z non alio mō cum ergo hic annunciat dñs in eam p coꝛporalem p̄ſentiam: debuit dicere: dñs in te.

¶ Jtē nō videt ratio q̄re non dixit potius tu cū dño: q̄ dñs tecuz, et marie q̄a dñs est cū malis z mali nō sunt cū deo, sed tm̄ bonoz est ꝓprium vt deꝰ sit cū eis z ipsi cū deo, iuxta illud Aug. li. cōfessi. Decū eras dñe et ego tecū nō erā: q̄a malus erā, ergo cū beata virgo fuerit summe bona debuit potiꝰ dixisse: tu cum dño. ¶ Jtē quare nullus ibi posuit verbū. s. est vel erit nō videt rō, vnde patet q̄ male dictū sit dñs tecū. ¶ Ad istaz q̄stionē breuiter respondet ꝑm Alber. ca. xj. sup missus est, q̄ in ista salutatione p̄ hoc q̄ dicit dñs tecum: duo intendebant ab angelo, vnū vt ꝓsona mittētis ꝓprie exp̄mat, alterū vt libertatē arbitriū beate virginis ad credendū z ꝓsentiendū inclinet. Jsta aūt duo pfectissime z appropriatissime exp̄munt p̄ hoc dictū: dñs tecuz. Nam hoc nomē dñs a potētia imponit: z q̄n absolute ꝺr soli deo appropriat. Alij enim sunt dñi respectiue et etiā serui. deꝰ autē absolute est dñs oīm q̄ solius dei trinitatis est ꝓprium qui est ꝓsona mittens in hac salutatōe. z sic ꝓsona mittēs ꝓprie nomiat. Per idē etiam libertatē arbitriū virginis bñdicte magis inclinat, q̄a ad credendū et ꝓsentiendū in mirabilia marie disponit fides. et p̄cipue fides de oīpotentia dei q̄ credit deum oīa posse facere, q̄z apud deum nō erit impossibile oē verbum Luc. j Et sic acq̄escit animus deuz posse naturas mutare vel naturis impare, vñ cum hic annunciabat oīm nouoz nouissimum z miraculoz maximū: ꝓgruētissime ponit hoc nomen dñs: quod absolute positū: est oīpotentie demōstratiuū: vt p̄ hoc et deꝰ mittēs exp̄mat z cū hoc ad credendū animꝰ virginis magis habeat inclinari. Et p̄ hoc soluunt plura adducta in ꝓtrariū argumēta. ¶ Ad ꝓmū argumentū petit: q̄re nō dixit pr̄ tecū. ¶ Secundū petit q̄re nō dixit trinitas tecū. ¶ Tertiū argumentū petit q̄re nō dixit: deꝰ tecū vel nobiscū. ¶ Quartū argumentuz petit: q̄re nō dixit spūssanctus tecū z̄c. ¶ Ad q̄ respōdet q̄ ideo q̄z illa noīa nō sunt ita absolute oīpotētie demonstratiua sicut dñs, z p̄ ꝓns nō ita ad credendū z cōsentiendū inclinatiua. ¶ Ad ꝓfirmatiōez etiā ꝑmi argumenti ꝺr q̄ li dñs nō ita ꝓprie cōminatōez importat sicut oīpotentiā, vñ illa interp̄tatio dñs q̄si dans minas nō est ita ꝓpria z essentialis. ¶ Ad q̄ntū ꝺr q̄ nō debuit dicere dñs in te. q̄z ptunc non dū erat in ea dñs p̄ cozpalem p̄sentiā, sed erat secum dñs per admirabilē potentiā faciēdi in ea z ex ea diuinā incarnationē. ¶ Ad sextū dicit q̄ non debuit dicere: tu cum dño, q̄z sic dicēdo daret intelligi q̄ ī ista xp̄i incarnatiōe aliq̄ mō actiue ꝯcurrisset beata virgo, z sic non sola virtute diuina facta fuisset actiue ipsa christi cōceptio. Nam p̄ hoc q̄ dicit tu cū dño designat te opari cum dño. ¶ Ad septimū dicendū q̄ ibi nō debuit poni verbū est vl erit. q̄z sicut deus nil facit frustra: ita nil dicē frustra ꝑm ꝓbm. ij. ꝓbico. Sed frustra apositū fuisset est vel erit vel aliud simile verbū: cū etiā sine tali appositione sufficiēter exp̄mit z q̄dāmō melius ipsiꝰ dicti sententia, amplificatiꝰ si apposuisset excessisset numerū congruū. s. nouēnariū: q̄ numerꝰ obseruari debuit ꝓpter significationē repatōis nouē angelicoz chooz. sicut supra patuit scz parte q̄rta. ar. iij. ca. ij. circa medium. ¶ Ad secūdā q̄stionē quare vicz aliq̄ determinatiuū ad li dñs non sit appositū: puta vt dixisset dñs oīpotēs vel dñs exercituū tecū, vel aliud simile. Videt em̄ q̄ si apposuisset magꝰ eius animū ad credendū de oīpotētia dei induxisset. ¶ Ad q̄ breuiter respōdet ꝑm eundē Alber. vbi sup̄. ca. cxj. q̄ exq̄ libertatē arbitriū btē virgis ꝓ se etiā facile erat ad credenduz paratū, ideo nō indiguit exp̄ssiua insinuatione oīpotētie cū terroze: vt diceret dñs oīpotens vel dñs exercituū, sed sufficiebat ipi leuis annūciatio z q̄si obscura exp̄ssio oīpotentie: q̄lis ꝓ hoc nomē dñs importat. Nihil em̄ credit sibi esse impossibile qui scit se dñm in sociū habere. sed cum apl's dic. Cōfidenter oīa possum in eo q̄ cōfortat me scz mecū existendo. Vñ nil amplius debuit dici nisi dñs tecū. vt etiam ex hoc q̄ nō plene oī potentia dei exp̄mit nisi in obscuro: fides btē virginis maiꝰ meritū acq̄rat credendo, q̄m ꝑm Greg. Fides nō ita habet meritum vbi ratio capit exp̄imentū. ¶ Ad terciā q̄stionem q̄ querebat Quō vicz dñm esse cum btā virgine sit accipiendū siue intelligēdū. Si em̄ dicas vt sit sensus: dñs est tecū: ista associatio cōuenit deo cum oībus entibus quia vt dicit Grego. Deus est cum omnibꝰ creatis. ergo in hoc nil appropriate dicit de beata virgine. ¶ Ad quod dicendū ꝑm doctores q̄ licet deus sit cū oībus sanctis ap

propriate: tñ dicit esse cũ btã ỹgĩe ꝓpter singularẽ essendi modũ cũ ea. Proĩde Bern. Longe excellentius dñs tecuz ẽ cum alijs sanctis cum qbꝫ est spualiter tñ z in corde, sed est tecum z spualiter in corde z corpaliter in ventre. ¶ Nota ergo q dñs est cũ beata virgine ꝙdruplici excellentia singularis existentie cum eadẽ z associatõis. ¶ Primo qdem excellẽtia electõis qz ipam elegit dominus sibi in matrẽ z genitricẽ, vñ dñs cuz ea tanꝫ cum matre dilectissima. Bern. supmissus est, dicit. Dñs tecuz o Maria. dñs inquã pater tecũ q suum filiũ facit esse tuũ. Et dñs filius tecum q ex te carnẽ assumpsit miro mõ. Et spũssanct⁹ tecuz de q cõcipies z q tuũ cum patre z filio sanctificauit vtez. Hec ille. ¶ Secũdo excellẽtia vnionis, qa portionẽ sanguinis virginis de q corp⁹ xpi est formatũ spũssancti ỹtute: ipe de⁹ sibi vniuit in vnitate psone, z ideo bñ dz ei dñs tecum. ¶ Tertio dñs est cũ btã virgine excellentia miraculose opatõis, quia talia z tãta in ea deus miracula cõdidit q nulla creatura cõprehẽdere põt. Nã vt dicit Hiero. Quod natura nõ potuit rõ ignorauit vsus nesciuit: hoc de⁹ stupẽdo miraculo in Maria ope cõpleuit, vt vicz de⁹ fieret hõ z mater esset virgo. ¶ Quarto excellẽtia acceptationis z sublimatõis, qa deus fuit cũ ea eo modo vt eã exaltaret z ꝓulegijs singularibus dignificaret supẽm creaturaz: vt ipsa esset dña angelorz: regina celi z oĩm creaturaz. O igit felicissima virgo Maria o gl'iosa dña excelsa sup sidera: quãta tibi est gl'ia: quãta tua in hoc excellentia ꝓdicat: ẽntuz gaudium annũciat cum tibi dicit: dominꝰ tecum z.

De li Benedicta tu in mlieribꝫ. Ca. V.

Tercio quoꝫ de hoc q dicit Bñdicta tu in mulieribꝫ: tres questiones mouebunt. ¶ Prima qstio Quid importat vl significat istud dictũ: Bñdicta tu in mulieribꝫ. ¶ Secũda qstio Utrũ bñ et cõuenieter dicat hoc dictũ in salutatione ista Bñdicta tu in mlieribꝫ. ¶ Tercia qstio Quare nõ potꝰ est dictum Bñdicta tu pre mulieribꝫ. ¶ Ad pmã questionẽ respondet fm Alber. supmissus est. ca. ccxij. et Jacobũ de voragine in suo marionali, quattuor cõprehẽdit z importat. ¶ Primo qdẽ maledicti exemptionẽ, vnde ipsa est bñdicta supoẽs mlieres. quia sola ipsa expers illius maledictionis quã oẽs mulieres in Eua ꝓtraxerunt Gen. iij. Multiplicabo erũnas tuas. sicut supra patuit de ve mulier z. Secundo importat maledictõis euacuationez Ipsa em bñdicta in mulieribꝫ: qa p eã euacuata est maledictõ ab hoibꝫ. Ũñ August. Maledictio eue in bñdictionẽ mutat marie. Impleta est em Maria gra: z eua euacuata est a culpa. ¶ Tercio importat singularis gratie collatõez, vnõ benedicta fuit inter mulieres. qa nulla alia accepit vnꝫ qõ ipsi donatũ est q. s. virgo peperit z deũ genuit. ¶ Quarto oĩm benedictionuz cõprehensionẽ. Fuit qppe bñdicta p oibꝫ mulieribus, qa oĩa illa q alie mlieres habuerũt ipa habuit excellẽtiꝰ, quia cũ cõiugatis habuit bñdictionẽ, plis z insup virginitatis. Cum viduis habuit castitatẽ cũ incorruptibilitate. Deniqꝫ cũ virginibꝫ pseuerantiaz ppetue virginitatis cũ fecũditate. ¶ Ad secũdã qstionẽ videt q nõ bene dictũ sit: bñdicta tu in mulieribꝫ, pbat, quia debuit dici benedicta tu in oibꝫ creaturis: qa excellit oẽs. Itẽ ipsa est bñdicta sup oẽs viros et mulieres, ergo debuit dixisse: bñdicta tu in hoibꝫ ¶ Itez cũ virgines oẽs excellẽtiam habeãt dignitatis: ista bñdictio oibꝫ virginibꝫ conuenire videt. Oẽs em virgines inꝫtũ ỹgines: sunt bñdicte in mulieribꝫ. z sic potꝰ debuit dixisse benedicta tu in virginibꝫ. ¶ Responsio fm Alber. vbi supra q exq maledictio orta est in hoibꝫ p mulierẽ scz euã. Jõo cõgrue angelus dixit: bñdicta tu in mulieribus, vt dek intelligi q sicut p mulierẽ maledictio sumpsit originẽ: ita p mulierẽ benedictio sumpsit originẽ z maledictio euacuatõnem. ¶ Ad pmũ ergo dicenduz q angelus recte dixisset scz benedicta tu in oibꝫ creaturis. Et simil'r si dixisset: benedicta tu in hoĩbus, sicut arguit secũdũ argumentuz, Sed tñ sic dicẽdo nõ ita exꝑssisset ilam significationẽ quã pmisim⁹ scz q maledictio p mulierem exorta: debuit z p mulierẽ euacuari, sicut dicẽdo bñdicta tu in mulieribꝫ hoc exꝑsse dedit intelligi, z sic patet respõsio ad pmum. ¶ Ad secundũ dicit q mulier in plura se extendit ꝙ virgo, qa etiã ad ꝙiugatas et viduas. z ideo nõ dixit in virginibus: ne daret intelligi q beata virgo solam benedictionem virginum obtinuerit z non coniu

gatarum ac viduarũ. Sed dixit in mulieribus vt significet q̃ omniũ mulierũ benedictionem tam virginũ q̃ viduarũ ac coniugatarũ habuit, sicut supra dictũ est. et sic patet. ¶ Ad terciũ quesitũ Quare vicz nõ potius dixit Benedicta tu pre mulieribꝫ, cum in figura Judith. xiij. sic dictũ sit de ea Benedicta filia tu a domino p̃ omnibꝫ mulieribus. ¶ Ad quod breuiter dici potest saluo meliori iudicio q̃ licet hoc dictũ in mulieribus valeat et importet tantuz in sentẽtia sicut si dixisset: pre mulieribꝫ, tamẽ potius dixit in mlieribꝫ. ¶ Primo ideo ne heretici haberent occassionem credẽdi et dicendi de ea q̃ ipsa esset nõ vere mlier sed aliquid supra hominẽ. sicut z de suo filio plurimi heretici dicunt q̃ non habuerit veram carnem humanã sed celestis nature. Si ergo dixissz p̃ mulieribus: dixissent heretici q̃ ipsa essz supra hominẽ z q̃ domin⁹ Jesus nõ de pura z vere femina carnem non vere humanam assumpserit. ¶ Secundo vt significeꝫ huius dilectiõis diuine singularitas: ꝺa plus est aliquam diligi in omnibus mulieribꝫ q̃ super oñes mulieres, quia possibile est aliquam diligi sup̃ omnes que tamẽ nõ diligitur in omnibꝫ. Diligere eñ in omnibus aliquam est in omni dilectiõe ipsam intendere z ꝓpter ipsam omnes diligere z nullam sine ipsa. ¶ Tercio vt humilitatẽ beate virginis cõmendet qua se nõ reputauit esse p̃ mulieribus fore benedictã sed tanq̃ vnam inter mulieres apud se estimatã. vnde amatrici bũilitatis beate virgini dicẽdo: in mulieribus: magz cõmendabilez reddidit eius humilem reputationẽ qua se vt vnaz mulierum reputauit: q̃ dicendo pre mlieribus quod aliquid excellentius notat supra mulieres. vnde credo q̃ angelus idcirco dixit in mulieribus z nõ pre mulieribꝫ, quia sciuit q̃ beate virgini ex amore summe humilitatz quã semp toto corde dilexit z propter hoc nunq̃ aliquid magis de se voluit dici magis sibi cõplaceret audire vt diceret in mulieribus q̃ pre mulieribus: qñ vere humilis vt dicit Bernũ, in hoc summe gaudet cum de eo humilia dicunt, et dolet cum audit de se dici sublimia, vtpote qui nullo mõ vult reputari apud q̃scunq̃ vel respectu q̃ rũcunq̃: sed semp vilis videri, z sic patet responsio ad dictam q̃stionem.

¶ Articulus tertius de additione facta ab ecclesia circa salutationem angelicam vt patebit. Capitulum. I.

Circa terciũ p̃ncipale de huiꝰ salutatiõis additamento et termino: tria p̃cipua sunt inq̃renda. ¶ Primũ est de appositione nomis marie. ¶ Secũdũ de appositõe ꝺbi Elisabeth. ¶ Terciũ de subiũctõe nois dñi Jesu x̃pi. ¶ Primo g̃ de appositõne nomis marie: cũ dr Aue maria Queritꝰ q̃re eccl̃ia apponit ꝺ nomẽ maria in ista salutatione. Et arguit̃ p̃mo q̃ hoc nõ licuit fieri. ꝺa nil licet ad euãgeliũ apponi: iuxta illud Apoc. vl. Si ꝺs apposuerit ad hec: apponat deꝰ plagas scriptas in libro isto. Et si ꝺs diminuerit: auferat deꝰ partẽ ciꝰ de libro vite. Item angelus vel sine cã obmisit illud nomen: vel ꝓpter causam. Si sine causa g̃ male fecit dimittẽdo. Si aũt ꝓpter cãm obmisit: ergo ecclesia male facit apponẽdo qõ angelus ex certa causa iudicauit dimittenduz ¶ Ad hoc respõdeꝫ ꝼm Alber. sup missus est. ca. lxvij. z alios doctores de hoc tractãtes. q̃ angelus nõ errauit hoc nomẽ dimittendo: nec ecclesia errat apponẽdo. quia ex quo tam angelus q̃ ecclesia a spũsctõ vnificanꝫ z in suis actibꝫ dirigunꝫ: ꝺ spũsctus est infallibilis: sequit̃ q̃ errare non possint. Sed qua de cã angelus nõ apposuit dicit̃ q̃ ꝓpter virginis marie excellentiã. Nã excellẽtes p̃sonas cũ salutamꝰ: nomẽ ꝓpriũ tacemꝰ z eoz excellẽtiã noiamꝰ dicẽtes. Aue rex. Salue pr̃. Excellẽtia aũt ꝺgis erat gr̃e plenitudo. z ideo dixit. Aue gr̃a plena. put dicit Alber. ideo nõ apposuit: ꝺa dignissime salutãdã btãm ꝺginẽ noue dignitatꝫ nomine salutauit z nouũ nomẽ ei attribuit scz gratia plena. vt p̃ nois ĩmutatõez significareꝫ p̃mutatio status ꝺgis z eminẽtia dignitatꝫ. Nã in collatõe magnaz dignitatuz solet fieri mutatio noĩm. vt patet ĩ papa. Hic est q̃ angelus btẽ ꝺgini p̃ ꝓprio noie scz maria nomẽ nouũ posuit ob speciale honoris exhibitionẽ et dignitatis significationẽ. scz. gratia plena. iuxta illõ Esa. lxij. Vocabit̃ tibi nomẽ nouũ qõ os dñi noiauit. siẽ ó hoc lati⁹ dictũ est supra hoc eodem li. ꝑte. iij. ar. iij. ca. vj. Eccl̃ia ꝺo nomen marie apposuit ad gr̃a plena certis ex causis. ¶ Primo qui

dem rõne inclinatõis ꝛ recordatõis. vt vicz ꝑ gr̃a plena recolat virgis bt̃e dignitatez: et ꝑ nomẽ maria inclinet eã ad nostrã necessitatẽ subleuandã. Maria eñ stella marꝛ interꝑtat: q̃ vicz stella in firmamẽto fixa naufragos dirigit ad portũ optatũ. Jta cũ dicitur ꝟ nomẽ maria designat ꝙ bt̃a virgo huius stelle ꝓprietatẽ erga nos hz ꝛ hr̃e debet scz ꝙ in firmamẽto gl̃ie celestis manẽs nos naufragos de statu miserie ꝑ plenitudinem sue gr̃e traducere habet ad portũ salutꝛ eternę. ꝛ idcirco cũ dicit ecc̃lia in salutatiõe maria: magꝛ inclinat eã ad subueniẽdũ. acsi diceret. O felicissima ꝓgo recordare ꝙa tu es maria. i. marꝛ stella ꝑ quã debem⁹ ꝓduci ad portũ salutis. ꝛ iõ subueni nobis ꝛc. ¶ Secundo rõne excitãde deuotionis ꝙa ꝟ nomen excitat deuotio oratiũ ꝛ eã salutatium idcirco ꝑ Salomonẽ hoc nomẽ oleo cõparat Canti. j. Oleũ effusum nomẽ tuum. i. fama nois tui antea occulta: nunc effusa est ꝑ totũ orbẽ. Jõo. i. ꝓpter dulcedinẽ nois tui adolescẽtule. i. aĩe feruẽtes ꝑ deuotionem ꝛ charitatẽ: dilexerũt te nimis. Nimiꝛ oleũ ẽ calide nature ꝛ ignis inflãmatiuũ. sic nomẽ marie inflãmatiuũ est ad dilectõem ꝛ deuotionẽ. vñ ꝛ Bernũ. abbas dicit. O magna opia o multuz amabilis maria tu nec noĩari potes ꝙn accẽdas: nec cogitari ꝙn recrees affect⁹ diligentiũ te. Hec ille. ¶ Tercio apposuit ecclesia rõne ꝓtuositatis ꝛ fructificatiõis. ꝙa hoc nomẽ maria est maxime ꝓtuꝛ et maxiõs fruct⁹ facit homi sepi⁹ inuocatuz ꝛ noĩatũ. sicut de hoc deo duce ageꝛ. li. vj. ꝑ. j. ar. iij. vbi de vtilitate et fructiby hui⁹ nois tractaturi sumus. ¶ Ad ꝓmũ g̃ in cõtrariũ ꝺr̃ fm Alber. ꝙ apponere ad euãgeliũ est falsa veris cõmiscere. vl̃ ꝓtraria his q̃ sunt in euãgelio ꝓdicare. Vñ apl's ad Gal'. j. dicit. Si angelus venerit de celo ꝛ aliud euãgelisauerit ꝙ qõ accepistꝛ a me: anathema sit. ꝛ sic intelligunt oẽs ꝓsil'es autoritates. Hic aũt nõ est tal' appositio. g̃ nõ stat argumẽtuz ¶ Ad secũdũ aũt claruit rñsio ex dictꝛ ꝛc.

Secũdo de appositõe ꝟbi ¶ Cap. II.

Elisabeth scz Et bñdictus fruct⁹ vẽtris tui: tria ꝓncipal'r sunt videnda. ¶ Primũ q̃re ecclesia hoc apponit qõ angelus nõ apposuit. ¶ Secundũ q̃re nõ potꝰ dictũ est: bñdict⁹ filius tuus vel corpis tui: sed fructus vẽtris tui. ¶ Terciũ qual'r dominus iesus ꝺr̃ vel cõgrue dici possit fruct⁹ vẽtris btissime virgis Marie ꝛc. ¶ Ad primũ ꝺr̃ breuiter fm Alber. ca. ccxliij. ꝙ angelus nõ addidit: bñdict⁹ fruct⁹ ꝛc. ꝙa nõduz fruct⁹ fuit ei⁹ ventris. sed ipm q̃si ꝓmissum ĩ hoc ꝙ dicit Bñdicta tu in mlieribꝫ fructuz cõprehẽdit. Idcirco Berñ. sup missus ẽ dicit. Bñdicta tu in mulieribꝫ ꝛ bñdictus fructus ventrꝛ tui. Nõ ꝙa tu bñdicta: ideo bñdictus fruct⁹ vẽtris tui. sed qꝛ ille te ꝓuenit in dulcedis bñdictõibꝫ: ideo tu benedicta ĩ mulieribꝫ. Vere etem̃ bñdictus fruct⁹ ventris tui. in q̃ bñdicte sunt oẽs gẽtes de cui⁹ plenitudine tu q̃z cũ ceteris q̃q̃z differenti⁹ ꝑ ceteris accepisti. Hec ille. Vñ patz ꝙ angel⁹ nõ debuit hoc apponere: sed ecclesia apponit: idcirco: qꝛ sibi exhibit⁹ est iã iste fructus ꝙ beate virgini fuit cõmendat⁹. ¶ Ad secundũ ꝺr̃ fm eundem Alber. ꝙ nõ debuit dici bñdictus filius vẽtris tui. ꝙa filij⁹ cõmune est ad spũalem ꝛ carnalem generationem ꝛ oĩno maxie cũ hac determinatõe vẽtris: ꝙ est loc⁹ generatõnis carnalis. Fruct⁹ aũt vẽtris ꝓprie alij homies dici nõ pñt nisi xps de⁹. ꝙa ipm solũ concepit in vtero ꝓgo mr̃. Jn vtero inquã. i. ex cã intrinseca: non sicut alie mlieres q̃ recipiũt ab extrinseco. i. a viro vñ ꝛcipiũt. ꝛ iõ ꝓgruentissime ꝺr̃ fructus vẽtris: vt exꝑmat ꝙ nõ carnal'r xps ẽ cõcept⁹ sicut alij hoies filij matris ꝛ patris sed tanq̃z fruct⁹ ꝙ nascit ex herba vel arbore nascit sine violatõe vel corruptõe arboris aut rami: ita xps de virgie. Hec debuit dici fruct⁹ corpis tui: sz vẽtrꝛ: vt veritas generatõis magꝛ exꝑmeret: ꝛ sic falsitas hereticа sopiret. ꝙa ꝑ hoc qõ dicit vẽtris: exꝑssius significat ꝙ xps vere carnẽ assumpsit in vtero virginali q̃q̃z ꝑ hoc qõ diceret corporis ꝛc. ¶ Ad terciũ: q̃liter vel q̃li ꝓgruentia xps dici debeat fruct⁹ bñdicte virgis: dicit fm magistꝝ Jacobũ de voragie in suo marionali ꝙ xps optime et ꝓgruẽter ꝺr̃ fruct⁹ bñdicte virginis marie ꝛ ei⁹ virginalis uteri. ¶ Primo rõne generatõis. qꝛ sicut fructus sine corruptione cõcept⁹ est ꝛ nat⁹: vt in ꝓmo dictũ est. ꝓterea Esa. xj. Egredietur ꝟga de radice iesse ꝛ flos de radice eius ascẽdet. ¶ Secũdo rõne designatõnis: ꝙa fructus tanq̃z signuz certum ostẽdit ꝛ agnosci facit arborem de qua est qualis sit: vtruz bona vel mala. Matth. vij. A fructiby eorũ

cognoscetis eos. Sic christus optimus et bñdictus fructꝰ summe cõmẽdabilẽ reddit btãm virginẽ de q̃ est, q̃a oñis arbor bona fructus bonos facit. Sic bñdicta ꝑgo bñ dictũ edidit fructũ, vñ in salutatõe ꝓiũctim dr Bñdicta tu in mlieribꝫ ⁊ bñdictus ⁊c.

¶ Tercio rõne occultatõis. Nam fructꝰ oc cultat inter folia ⁊ recollectus in copbinuꝫ ponit inter folia, ⁊ sic oblatꝰ õlectabiliter su mit. Ita in bñdicto fructu vteri ꝑgialis di uinitas occultata est in bũana carne. iuxta illud scriptũ Sole nube tegã Ezech. xxxij. id est diuinitatis fulgorẽ tegã bũane carnis nube. Et iste fructus sic nobis occultatꝰ et oblatꝰ multũ delectabilis factꝰ est ⁊ dulc̃ tã in sui natiuitate q̃z in passiõe ⁊ morte q̃z etiã in sacramẽto eucharistie in q̃ sub folijs ac cidentiũ offert. Añ. j. Petri. j. Si tñ gusta stis qm̃ suauis est dñs, ꝓterea ⁊ ꝑs. hortat dicens. Gustate ⁊ videte qm̃ suauis ẽ dñs: beatꝰ vir q̃ sperat in eo. Et itez exptꝰ ipe ad mirãdo ait Quã magna mlitudo dulcedi nis tue dñe quã abscõdisti. s. velando in xpi carne ⁊ in sacramẽto eucharistie timẽtibꝫ te.

¶ Quarto dicit ꝯgruentissime fructꝰ rõne eterne fruitõis. Nã fructꝰ dicit a fruor frue ris vt dicit Januẽs in catholicon. Frui aũt est amore inherere alicui rei ꝓpter seipaz tñ vt dicit mgr̃. j. libro snĩaꝝ circa ꝓncipiũ. Re cte ergo xps dr fructus vteri virginalis, q̃a ipse est nostra fruitio in patria Et ꝙ beatam virginẽ factum est vt iste fructus. i. xps deꝰ esset nob duplr fruibilis et delectabilis ꝑm duplicẽ visionẽ: scz diuinitatis et bũanitatꝫ sue, iuxta illud Jobis. x. Ingredient ⁊ egre dient ⁊ pascua inuenient. Ingredient inquã sancti ad ꝓtẽplationẽ diuinitatis et egrediẽ tur ad ꝓtẽplationẽ bũanitatis xpi: ⁊ vtrobi q̃z delectabilia pascua iuenient. O q̃cunq̃ fi delis aĩa aduerte ⁊ diligẽter cõtemplare q̃ niã iste fructꝰ vteri virginalis christꝰ est sũ ma fruitione dulcissimꝰ. Primo q̃dem gu stui. Canti. ij. Fructꝰ eiꝰ dulc̃ gutturi. Se cũdo est dulcis auditui. Añ ps. q̃z dulcia faucibꝫ meis eloq̃a tua dñe sup mel ori meo Tercio est dulcis visui. j. Petri. j. In quem desiderãt angeli ꝑspicere, et Esa. lx. Tũc vi debis ⁊ affluES ⁊ mirabit ⁊ dilatabit cor tu um. Quarto est dulcis olfatui: ad cuiꝰ dul cedinẽ q̃libet aĩa sancta clamat illud Can. j. Trahe me post te curremꝰ in odorem vn guentoꝝ tuoꝝ. Quinto est dulcis in ample xu: Cant. ij. Leua eiꝰ sub capite meo ⁊ dex tera illius amplexabit me. Sexto est dulc̃ in osculo, ꝓterea aĩa fidelis orat illõ Cant. j. Osculetur me osculo oris sui. Septimo ẽ dulcis in ferẽdo. Matth. xj. Jugum meum suaue est ⁊ onus meũ leue. Octauo est dul cis in ꝓmisso. Apoca. ij. Vincẽti dabo mã na abscõditũ q̃ nemo nouit nisi q̃ accipit.

¶ Nono est dulcis in cogitatione, quia vt dic̃ Bern. Sup oĩa memoria Jesu pascit cogitatũ. Decimo est dulcis in amoris af fectiõe: adeo vt (sancto teste Bern. in suo cã tico) solus expertus nouit credere q̃z sit dul ce iesum diligere. ¶ Undecimo est dulc̃ in ꝓmioꝝ retributione: qm̃ ꝑs, dicẽte Torren te voluptatꝫ sue potabit eos. Duodecimo est dulcissimus in eterna tentiõe ⁊ possessi one: quoniã regnabunt cum eo sancti in se cula seculoꝝ. O igit aĩa deuota sanguine christi iesu redempta. O aĩa inquã fidelis a virgine gloriosissima Maria dilecta et in filium adoptata: accede secure si vis dulce dine fructus eiꝰ ꝑfrui. Accede deuoto cor de ad eam ⁊ pete ab ea bunc saluificuꝫ: hũc mellifluũ fructũ Jesum tibi cõicari: vt det tibi eius gustus auditus odoratus ⁊ visus dulcedinẽ expiri: det tibi ad dulciter ample xandũ tenendũ ⁊ in corde fouenduꝫ atq̃z in celo eaterniter possidendũ ⁊c. Claret itaq̃z ex premissis q̃z cõgruenter christus dicitur fructus vteri virginalis, et q̃ ad numeꝝ du odecim stellarũ in corona benedicte virgi nis duodeciꝫ dulcoribꝫ in sui vteri sacri fru ctu habitis exstat ipsam fore gloriosam.

Capitulum. III.

Tertio in hoc articulo videnduꝫ est de subiunctõne nois Jesu: q̃re vicꝫ ecclia apposuit. ¶ Ad q̃ breuit re spõdet ꝑm Alber. q̃ hoc fecit ¶ Primo ꝓ pter deuotõis excitatõeꝫ, qm̃ vt dic̃ Bern. in cãtico. Hoc nomẽ iesus ẽ mel i ore: iubi lus in corde: melos i aure. ¶ Secõ ꝓpter sa lutꝫ efficaciorẽ ipetratõꝫ, qm̃ scptũ est Joel. ij. Quis q̃ inuocauerit nomẽ dñi salusꝰ erit. ¶ Tercio ꝓpter btẽ virgis cõplacẽtiã ⁊ affe ctionẽ, qm̃ ad hoc nomẽ iesus maxie beata ꝑgo sup oẽs afficit deuotiõe amoris et sibi summe cõplacet hoc nomen sepius inuoca re: in q̃ q̃dem noie oẽs sancti gaudẽt se esse saluatos. Nã teste Petro Act. iiij. Nõ ẽ ali

uā nomen sub celo datum hominibus in q̄ oportteat saluos fieri credētes. De virtute et vtilitate huius nomis Jesu et alīa circa hoc occurrētib⁹ ꝓpter breuitatē in hoc tractatulo ptranseo: qm̄ alterius erit opis de hoc tractare. ¶ Cōsidera g̃ nunc o fidelis aīa q̄ sublimis q̄q̄ deo et btē virgini accepta q̄ grata q̄ iocūda sit ista celeberrima salutatio. Aduerte q̄ tibi vtilis et fructuosa sit si eam deuoto corde ob amorē bñdicte virginis frequētaueris. In ea q̄dem laudat⁹ et benedicit⁹ btā virgo Maria dei mr̄. Et nō solū ipsa sed et ei⁹ filius dñs noster iesus xp̄s. In ea habes hec gl̄iosissima et dulciflua nomina vicz Jesus et Maria: in q̄ꝝ inuocatōne habes oēm spem: oēm thesauꝝ tuuz et oē bonū tuū. Siq̄dem ipse Jesus ē tibi amor tu⁹: ipse thesaur⁹ tu⁹: ipse diuitie cordis tui: ipse ꝓsolatio spes et gaudiū tuum: ipe salus tua: ipse lumē oculoꝝ tuorū: ipse vita tua et dulcedo tua. Deniq̄ ipsa bñdicta ꝑgo maria est dña tua, ipsa regina misericordie vita dulcedo et spes tua vt canit eccl̄ia. Per eam habemus q̄cquid habem⁹, p eam sum⁹ si q̄d boni sumus, vt dicit Anſhel. O igit felicissimū nomē iesus: O bñdictū nomē matris eius Maria, O gl̄iosa noīa: bñana corda medullit⁹ penetrātia. Beatū cor qō ista felicia nomīa in se intime tenet recōdita. Felix os qō sepi⁹ ipsa noīa et inuocat: qm̄ vita sibi ꝓsto est eterna. Amen.

¶ Pars sexta sequit de sanctissima btē virginis Marie cōceptione: qua dei filium in vtero virgineo suscepit.

Ecce ancilla domini: fiat mihi ſm verbū tuum. Lu. j. Verba sunt benedicte virginis Marie bñillime cōsentientis et se offerentis ad xp̄i incarnatōem ex ea fiendam Unigenit⁹ sic̄dez dei filius carnē p nostra salute assumere volens: p hec verba p̄missa in vter⁹ bñdicte virginis aduenire dignat⁹ est. Et ideo ipsa verba summā nobis affe-runt deuotōis pariter et instructiōis: necnō miraculi et stupor̄is materiā. ¶ Primo q̄dē verba ista sunt magne deuotiōis, quia per ista verba quinq̄ obtinuit btā virgo p toto genere humano: redemptionē: filij dei incarnationē: et diuini verbi humanationem ac p hoc oīs boni in nobis ꝓmotionē: qm̄ ad hec verba verbum caro factuz est et habitauit in nobis Joh. j. ¶ Secundo quoq̄ verba ista sunt magne instructōnis et documenti q̄a q̄druplicē nobis redolēt virtutē per quam sicut beata virgo filium dei christū carne et mēte cōcepit et in se habitari p-meruit: ita et nos spūaliter in corde per has ꝑtutes dei filiū possidere merebimur. Unñ Petrus aureoli in suo cōpendio libro q̄rto dicit. Quatuor inq̄t ꝑtutes notant⁹ et redolent in ꝑbis virgis ꝓsentiētis: ait em̄. Ecce qō est ꝓmpte obediētie, ancilla dñi: qō ē humilitatis pfecte. Fiat mihi: qō est charitat⁹ inflāmate. ſm ꝑbū tuū: qō est fidei deuote. Hec ille. Si vis ergo o homo vt dei filius in tuo corde cōcipiat⁹ et te inhabitare dignetur: disce obedientiā preceptor̄: disce exemplo Marie humilitatē: disce et charitatē ac q̄ deuotā fidem veraz habere. Unñ Bernñ. dicit. Non tibi dabit domin⁹ virtutū copiam sui nisi fueris virtutibus (scz istis) adornatus. ¶ Tertio verba ista sunt magni miraculi et stupor̄is: cum ad ipsa mor tantū fuerit et tam multiplex miraculū subsecutū videlicet q⁹ de⁹ fieret homo virgo fieret mater, et dei simul et hoīs mater, et plura talia. Nimirū mirabiliter deus quinariū numerū ꝑborum consecratū reddidit, q̄a p quinq̄ verba icarnari voluit. scz: fiat mihi ſm verbum tuum. Per quinq̄ quoq̄ verba suum corpus cōsecrari in eucharistia decreuit. scz hoc est em̄ corpus meū. Licet li em̄ non sit de substantia. Deniq̄ et ad q̄nq̄ ꝑba publicanū iustificauit, cum vicz ille dixit. De⁹ ꝓpicius esto mihi peccatori Luce. xviij. Insuper q̄nario numero vulnerū retento suum sacrū corpus insigniri post resurrectionem in ꝑpetuum statuit cē. ¶ Itaq̄ ad ꝓpositum redeūtes. Exquo btissima ꝑgo p hec verba filium dei in suum vter⁹ suscepit et concepit de ipsa eius sacratissima cōceptione loq̄ intendētes: tria misteria pro hoc sermone declaranda ponemus cē.

¶ Primū dicit misteriū localis aptitudis.
¶ Secūdū misteriū ōr̄palis plenitudis.
¶ Terciū misterium modalis habitudis.

¶ Articulus primus de hoc q⁹ christ⁹ dominus non alibi q̄ in ciuitate galilee Nazareth concipi debuit ex virgineq̄ humanari.

¶ Capitulum.I.

PRimum itaqz p misteriuz dicit localis aptitudis hoc est de loco q̄ aptissime congruebat huic sacratissime cōceptiōi xpi ꝛc. Circa quod tria querunt. ¶ Primo vtrum hec sacrosancta ꝯceptio debuerit fieri in ciuitate. Secūdo vtrū debuerit fieri in regione Galilee. ¶ Tercio vtz debuerit fieri nō alibi q̄z in Nazareth ciuitate. ¶ Ad pmaz q̄stionē Utz vicz hec ꝯceptio debuerit fieri nō extra sed in ciuitate ꝛc. ¶ Et arguit q̄ nō debuit fieri in ciuitate, q̄a istā cōceptionem magz cōgruebat fieri in loco puriori ꝛ sacro ꝓpter eius sanctitatē. Sed ciuitas q̄ cunctz magis abūdat ꝛ immūda est pctō q̄z ager vel mare aut villa, vt exprimēto patet. ergo magis debuit cōcipi in agro vel mari aut villa ꝛ extra ciuitatē. ¶ Itē xps passus est extra ciuitatē vbi ꝛ sepultus est ꝛ resurrexit. Denicz ꝛ natus est in stabulo, q̄ videt q̄ etiā cōcipi nō debuit in ciuitate. ¶ In contrariū est sacra scriptura Lu.j. Missus est in ciuitatez ꝛc. ¶ Ad hanc q̄stionē respōdet ꝑm Alber. sup missus est. ca.xxxiij. q̄ christ⁹ debuit cōcipi in ciuitate ꝛ nō extra ꝓpue triplici rōne.

¶ Primo ratione finis incarnatiōis.

¶ Secundo rōne significationis.

¶ Tercio ratione fructificationis.

Primo inquā rōne finis incarnatōis. Nā xps in oīb⁹ opibus suis q̄ in mūdo fec̄ ostēdit pncipalius q̄ ideo in mundum ꝓpue venerit vt pctōres saluos faceret. Ipo teste Matth.ix. Nō veni vocare iustos sed peccatores ad pniam. Unū inter pctōres natus est scz in ciuitate Bethleē: ante bouem ꝛ asinū iacuit. inter pctōres ꝙuersat⁹ est. inter latrones crucifixus. Resurgēs q̄z peccatrici magdalene ꝛ petro negāti pri⁹ apparuit. Et ideo nō debuit ꝯcipi in mari: q̄ locus est pisciū. Nec in aere q̄ est loc⁹ auiū. nec in campo q̄ est locus agrestiū aīalium. Sed in ciuitate q̄ est ꝓpri⁹ locus hoīm peccatoz. nec in villa: sed in ciuitate, q̄z ī ciuitate solēt magis q̄z in villa pctā hoīm mltiplicari. villani em̄ simpliciores sunt ꝛ laboribz magz diditi. Ciuitatēses aūt ociosi ꝛ delicijs vacantes magis abūdare solent vicijs. Ut ergo ostendat q̄ xps ꝓpter curationē peccatoz ꝛ salutē hoīm venerit peccatoz ad pniaz cōuertendoz: in ciuitate ꝛ nō alis debuit cōcipi. ¶ Nec obstat q̄ extra ciuitatē sit passus sepultus: ꝛ resurrexit, q̄z cōceptio ꝯgruit in misteriū: ꝛ lō in secreto esse debuit. Natiuitas aūt: passio ꝛ sepultura ac resurrectio cōgruunt in exēplū. In ciuitate igit cōcipi debuit vt ostēderet q̄ ꝓ oīb⁹ pctōribus venit. In via nat⁹ fuit vt ostēderet q̄ sua vita nobis ad celeste regnū via fuit. Extra portam passus ꝛ sepult⁹ est ac resurrexit: ad ostēdendū q̄ ꝓ ipsius passionē mortē ꝛ resurrectionē nō liberat: nisi q̄ ꝓ cōuersionē a pctō ad ipm̄ extra portā fuerit egressus vt dic̄ apl's.

¶ Secūdo rōne significatōis vt scz significaret ꝛ intelligi dare⁹ q̄ vter⁹ virgis christo tanq̄z ciuitas fuit ad habitandum, ꝓptera ꝑs. de ea loquēs ait. Gl'iosa dicta sūt de te ciuitas dei. Et merito: quia ipsa fuit ciuitas murata ꝓ castitatē. fundata fundamento stabili ꝓ hūilitatem. turrita ꝓ charitatem et ꝑplatōis sublimitatē. ditata ꝓ paupta-tem. custodita ꝓ discretionē. libera īmunitate peccatoz. pacificata victoria tentationū. virtutū vniuersitate populosa. ꝛ aquarū .i. gratiarū fluminibz irrigata. Hec Albert⁹.

¶ Tercio addit ad id rō fructificatiōis, q̄a em̄ ꝓ christi cōceptionē ꝛ incarnatiōem fructus nobis in celo acq̄rebat ciuilitatis, id ē vt essem⁹ iā nō hospites ꝛ aduene: sed ciues sanctoz et domestici dei. teste apl'o Eph.ij. ergo debuit in ciuitate nasci in ꝑ mūdo: vt ostēderet nos esse ciues renascituros in celesti ciuitate. Et sic patet respōsio ad q̄stionem. ¶ Ad obiecta patet respōsio sufficienter ex p̄dictis.

¶ Capitulum.II.

AD secundam questionem Utrum scilicz christus debuerit concipi in regione Galilee. ¶ Arguitur q̄ nō. quia christus missus et promissus fuit indeis. Unde dixit. Nō sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel Matth. xv. Unde et in iudea est natus et passus. igitur in terra iudeorum concipi debuit.

¶ In contrarium est textus euangelicus.

¶ Ad questionem igitur respondetur ꝑm Albertum capl'o tricesimoquarto q̄ annūciationem ꝛ cōceptionem dominicam conueniebat fieri non alibi q̄z in regione Galilee. ¶ Primo ratione facti ꝛ operationis. Dominus enim incarnatus fuit vt iudeos

z gētiles saluaret z ideo ī regione q̄ ab vtriq; inhabitabat ꝯceptio z annunciatio fieri debuit. Nō em̄ deus iudeoꝝ tm̄ sed etiam gentiū. Galilea aūt non solum a iudeis sed etiā a gentib⁹ inhabitabat. sicut patet Esa. ix. Trās iordanē galilee gentiū populus q̄ habitabat in tenebris vidit lucē magnam habitātib⁹ in regione vmbre mortis lux orta est eis z̄c. ¶ Secūdo rōne noīs z interp tationis. Galilea em̄ interpt̄ reuelatio siue trāsmigratio. In hac aūt incarnatōe fiebat summi secreti reuelatio q̄ verbū quod erat in p̄ncipio apud deū z lucē habitat in accessibilē quā nemo vnq̄ vidit. Verbum in quā hoc caro factū est. Et vidit oīs caro salutare dei nostri Lu. iij. Itē Joh. j. Verbum caro factū est z vidimus gl̄iam ei⁹ z̄c. Sil'r in hac incarnatōe fiebat maxia transmigratio de ignorātia in scientiaz: de culpa in gr̄am: de vmbra in ꝟitatē: de seruitute in libertatē filio dei: z qō maximū est de hūanitate in diuinitatē: in qua trāsmigratiōe p mū. i. deitas ad vltimū. i. hūanitatē in vnaz psonā trāsmigrauit. ¶ Ad obiectū respōdetur q̄ xp̄s nō solū iudeis sed etiā gentib⁹ p missus est. Unū Geñ. xlj. Nō auferet sceptr̄ de iuda donec veniat q̄ mittēdus est et ipse erit expectatio gētiū. Et idē patz p oēs p̄phetas scribētes de vocatōe gentiū. tamē solis iudeis p̄missum est vt de eorum semīe xp̄s nasceret. z iō solis iudeis exhibit⁹ est nascēdo: patiēdo: z ibi mortēdo. Sed ꝟ nō soluz p̄pter iudeos sed z p̄pter oēs hoīes mundi.

¶ Illa autoritas: nō suz missus z̄c. Matth. xv. intelligit̄ ꝟm Hico. de lyra p̄mo z p̄ncipaliter q̄z xp̄s p̄mo et p̄ncipal'r missus fuit iudeis: et ideo in p̄pria psona nō p̄dicauit nisi iudeis: nec fecit miracla nisi eis p̄terq̄ in casu z spāli cā. vt. s. oñderet eccl̄iam in fide gentiū fundatā. Unū Joh. iiij. p̄pter ꝟ p̄dicauit samaritanis deuote eū recipiētib⁹. Fuit tm̄ xp̄s missus etiā gētib⁹: lz nō ita p̄ncipal'r z̄c. z sic patz q̄ xp̄s debuit ꝯcipi ī Galilea.

Ad terciā q̄stionē vt̄z vlcz. Cap. III

Hec annūciatio z ꝯceptio debuit fieri nō alibi q̄ in Nazareth. ¶ Arguit̄ in ꝯrīū. scz q̄ non. q̄a ista ꝯceptio fuit dignissima oīm. g̃ req̄rebat locū dignissimuz hoc est tēplū dñi in hierl'm fundatū. g̃ debuit ibi cōcipi. s. in ciuitate hierl'm et tēplo vbi hītare solebat gl̄ia dñi. ¶ In oppositum est textus euangelicus. ¶ Ad q̄stionē ergo respondet ꝟm catholicos doctores q̄ xp̄s nō debuit alibi ꝯcipi q̄ in Nazareth. ¶ Prīo p̄pter p̄phetiā Esa. xj. Egrediet virga de radice iesse. vbi ꝟm veritatez hebraicā habet Et nazare⁹ de radice eius ascendet. ¶ Secūdo p̄pter noīs ꝯueniētiā. Nā ꝟm Beñ. et Alber. sup̄ missus est. necnō ꝟm Franciscū maronis q̄ lati⁹ z luculētius p̄sequit̄ dicens q̄ ciuitas Nazareth cōceptui xp̄i decentissime cōgruit ꝟm eius interp̄tatōes. ¶ Nam p̄mo ꝟm Hiero. Nazareth interp̄tatur mūda. z sic ꝯuenit cōceptui xp̄i de q̄ ecclesie mūdissima q̄ tanta puritate nituit q̄ maior sub deo neq̄t intelligi. nec sicut ceteri cū labe pcti est conceptus: sed sine omni peccato. ¶ Secundo interp̄tat Nazareth. i. flos rida. z boc ꝯuenit christi cōceptui. quia sicut flos gignit̄ ex purissimis z subtilissimis virgule humoribus absq̄ corruptōe virgule Sic christus de purissimis virgis sanguinibus est ꝯceptus absq̄ oī corruptiōe. vt dicunt Damas. z Dioni. de diui. no. ¶ Tercio interp̄tatur nazareth. i. sanctus et deuotus et hoc competit. q̄z in ista cōceptiōe mr̄ dñi fuit plene sanctificata. iuxta illud p̄s. Sanctificauit tabernaculuz suū altissimus. z sic claret responsio. ¶ Ad argumentū in ꝯtrariū respondet ꝟm Albertum vbi supra. Q̄ hec ꝯceptio debuit fieri in loco sanctissimo et dignissimo. Sed non locus sanctificat hominē vel dignificat quin potius ecōuerso videlicet homo locū dignificat z sanctificat. vnō dignitas loci et sanctitas est ab homine dignificante vl' sanctificante Itaq̄ in oratorio btē virgis fuit dignissima habitatio. tum q̄a sanctissima virgo sup̄ oēs creaturas ibi habitauit. tum quia ibi exercebat nobilissima operatio videlicet orōnis z cōtemplationis et humilis deuotiōis benedicte virginis que sup̄ oīa grata erat deo et oīa sacrificia p̄cellebat. Dignius ergo fuit hoc oratoriū illo templo iudaico in quo fiebat materialiū thauroꝝ mactatio z thurificatio. ¶ Amplius p̄pter secretū quod huic cōgruit misterio nō decebat vt hec cōceptō fieret in templo sed magis in illo secreto z dignissimo beate virgis oratorio debuit christus cōcipi. z sic patet. ¶ Pensēt ergo quelibet fidelis aīa quāto ordine diuine sapientie dei filius est ꝯceptus. quoniā dignissimum

nisi amittãt ꝑginitatẽ. Tñ relatiue sc̃z referẽ do mr̃nitatẽ ad eũ cui⁹ ẽ mr̃ qz dei z ad modũ miraculosuz q̃ facta ẽ mr̃ dei, qz spũsctĩ ꝑtute z ꝑginitat̃ gl̃ia ꝓmanẽte. Sic clarũ ẽ qꝫ mai⁹ ẽ esse mr̃em q̃ꝫ ꝑginẽ: z gl̃ia tal' mr̃nitatis ac gaudiũ ei⁹ excedit omnẽ aureolã ac gaudiũ z gl̃iam ꝑginitatis. ¶ Ex q̃bꝫ oĩbꝫ ꝑpẽde o deuota aĩa q̃ntũ fuerit gaudiũ ĩ corde ꝑginis vt merito diceret, Exultauit spũs Sz in q̃: vtiqꝫ nõ ĩ mũdanis vanitatibꝫ: nõ in caducis z trãsitoriis rebꝫ: nõ in auro vel argẽto in q̃ auari exultãt. Sz in deo in q̃ solo ꝑa est letĩcia: ꝑe diuitie: veri honores z vera bona. In deo inquã salutari meo. ℔ est ĩ xp̃o saluatore q̃ est ihs bñdict⁹ Et nos ergo charissimi: exultem⁹ nõ ĩ rebꝫ pessimis z vanis: sed exẽplo Marie in deo nr̃o saluatore dulci ihu: in ipo viuam⁹: in ipo locũdemur in ipo oẽs nr̃i cogitat⁹ z affect⁹ dulciter pascant. O q̃nta dulcedo cordis. O q̃nta delectatio aĩe est exultare in dulci ihu: ꝑ certo il le sol⁹ nouit q̃ gustauit z vidit qm̃ suauis ẽ dñs: qm̃ teste Berñ. Sol⁹ expt⁹ nouit credere q̃d sit ihm diligere z in Jhu gaudere. Nõ nouerũt ℔ carnales hoĩes: nõ mundũ diligẽtes: nõ auari: gulosi vel supbi viciosi quiqꝫ: qz nõ inuenit in terra suauit' viuẽtiuz sic̃ dicit Job, ca. xxviij, O si nouissent. O si degustassent: ꝑfecto ab oĩ malicia z ꝺcupĩa desisterẽt, qm̃ teste btõ Grego. Gustato spũ desipit oĩs caro Sz iõ tu pctõr̃ homũtio to to affectu inheres carni et mũdo. qz putas ibi magnas tibi eẽ delectatões cũ tũ pena ẽ sano cordi oĩe delectabile carni vel mũdo Sz excutere o ania parũꝑ de puluere, Exꝑgiscere de somno viciorũ: z cõꝓrobabis q̃niã sicut dicit Grego. Uez est qꝫ maior ẽ delectatio mẽtis in xp̃o q̃ꝫ vẽtris. Audi z btm̃ Berñ, dicẽtẽ, Absit inq̃t qꝫ ℔ ĩ spũ maiores delectatões nõ habeam⁹ q̃ꝫ in q̃libet corporis feditate. Certe bñdicta virgo maria bos spũales decores, has delectatiões suauissimas senserat in xp̃o ihu amorosissimo: z id circo sũmo iubilo cordis pascebat spũs ei⁹ ꝓterea eructabat plena locũditate z dicebat, Exultauit spũs me⁹ ĩ deo salutari meo. O felix maria ꝑ illam tuã exultationẽ te domina deprecor vt mihi peccatori des exultari in deo salutari meo, in Jesu benedicto in filio tuo, in fructu ventris tui dulcissimo z̃c, Amen.

¶ Articulus secũdus de affectu deuotõis quẽ q̃libet fidelis debet habere ad gaudia marie. ¶ Caplm. I.

Secundũ misterĩũ dicit deuote habitudis vbi declarabim⁹ quali affectu z deuotione debet se habere vnusq̃sq̃ fidelis ad gaudia benedicte ꝑginis marie. Sunt q̃ꝑe gaudia ei⁹ nimis affectuosa deuotis cordibꝫ. Et sedule recogitata deuotionẽ inflãmant: charitatẽ ignĩũt: ac vbertate gratie spiritalis dulcissime pascunt animũ. ¶ Circa ℔ aũt tria sunt ꝑsiderãda.

¶ Primo que sunt gaudia beate virginis septus recolenda.

¶ Secundo qualiter ista gaudia beate virginis sint recogitanda.

¶ Tercio que bona, pueniant boĩbꝫ ꝑ gaudia virginis sic recordata.

¶ Ad pmũ vicz que sint ista gaudia beatissime virginis sepi⁹ recolenda. Rñdeo qꝫ licet sint plura et varia ꝓm qõ deuotoꝝ varietas sueqꝫ deuotõis affectus in vnoq̃z exposcit. Tamẽ magis ꝓncipalia ꝑginis gaudia sunt septem q̃ cõius a deuotis affectione sedula meditant z colunt. ¶ Primũ ẽ gaudiũ qõ habuit ĩ angelica annũciatiõe et filĩ dei ꝺceptõe. ¶ Scõm ẽ gaudiũ qõ habuit ĩ visitatione z eiusdem filĩ dei in vtero portatione. ¶ Terciũ in xp̃i natiuitate. ¶ Quartũ est magorũ adoratione: et diuitatis sue filĩ manifestatiõe: tum ꝑ angelos: tuz ꝑ stelle apparitionẽ. ¶ Quintũ in resurrectõe. ¶ Sextum in ascẽsione et filĩ ad dextram patris sessione. ¶ Septimũ in sui assumptõe in celuz. De quibꝫ oĩbus gaudijs q̃ꝫ multiplicit' sit ĩ vnoq̃z locũdata suo loco patebit. Sũt z alia ei⁹ gaudia: puta gaudium qõ habuit in filĩ inuentõe in templo, in purificatõe, in miraculoꝝ xp̃i opatione, in spũssctĩ missione, et de similibꝫ. Sed ꝓmissa septẽ cõius a deuotis tãqꝫ ꝓncipaliora solent frequẽtari et certis obsequijs deuotõis honorari. Licet z ista alia a plerisq̃ soleãt deuoti⁹ meditari. Uñ in ℔ relinquo vniuiqꝫ qõ sua deuotio exposcit faciẽdũ, ꝓmissa ꝺo ꝓpter simpliciores volui enumerare.

¶ Capitulum. II.

Secũdo cõsiderãdum hic est: q̃liter ista gaudia virginis sint recogitan

da. Pro quo notandū q̄ q̄cūq̄ vult deuoti ista benedicte ꝑginis gaudia recogitare ac specialē gr̄am apud ꝑginē ꝑ ℞ acq̄rere ꝑ pue q̄ttuor modis dz se i ista gaudioꝝ recogitatōe exercere. ¶ Primo attente meditando: qm̄ cordis euagatio si admittat impedit deuotionē vt manifesta docet experientia Idcirco dicit sc̄us Tho. ij. ij. q. lxxxij. q. ij vult vt in orōne vel cogitatōe diuina mens ei⁹ reficiat dulcore deuotōis, debet habere attentionē. Et Bonau. ponit exemplū libro de informatōe nouicioꝝ dicēs: q̄ sic arbor q̄ dimittit i latū ramos extēdere: nō crescit in altū: sed rami sunt ꝓscindēdi: vt in altum arbor exurgat, ita euagatio mētis ꝑ latū mūdū z ei⁹ negocia impedit ne exurgat anim⁹ ad supna. Hinc ps. dicit, In meditatione mea. s. attēta exardescit ignis vicz deuotōis. ¶ Scōo debet se hō in hac recogitatione exercere gr̄as deo agendo, debz em̄ mens deuota gr̄as agere ꝑ bñficijs ꝑ beatā virginē impēsis ipi deo: vt sic de⁹ puocet ad maiora donāda: sicut docet btūs Bern̄, z Brego. Qui vult iuxt esse dign⁹ dandis: grates agat de datis. Et ℞ maxie placet beate virgini: vt hō de seipa ꝑginē Maria: et ꝑ se gratias agat deo in bñficijs ꝑ eaz acceptis z gaudijs ipi sc̄z marie ac nobis cumulat, ꝓterea z ipa gr̄as egit di. Magnificat aīa mea dn̄m. vt exemplū nobis daret gratias agendi deo de bñficijs q̄bus eam z totū genus humanū letificauit. ¶ Tercio debem⁹ gaudia ꝑginis recogitare intime congratulādo: debem⁹ q̄ppe cōgratulari benedicte ꝑgini in ei⁹ gaudijs. Vñ ecclia canit i eius ꝑsona inuitādo ad id z dicit, Congratulami mihi q̄ diligitis dn̄m: quia cū essem puula placui altissimo et de meis visceribꝫ genui deū z hoiem. Profecto maxime debemus beate ꝑgini cōgaudere: qz oia ei⁹ gaudia ad nostrā ptinēt maximā vtilitatez, Ex hac nimiꝝ cōgratulatōe cordis nostri trāsformamur in coꝝ z amoꝝ bñdicte ꝑginis: z mira deuotōe suauitat̄ infundemur vt sentiam⁹ que ipa i his gaudijs sentiebat: vt claret exp̄imēto. Vñ Hugo de arra sponse dicit, Scio aīa mea qz amoꝝ ē vita tua z ipa vi amoris in ei⁹ quē diligis silitudinē transformaris. Hec ille. ¶ Quarto debem⁹ recogitare gaudia ꝑginis certa orōne obsequēdo z bonorādo: vt saltē vnuz aue maria ad minus dicam⁹ ad singula ei⁹ gaudia: aut alīq̄ deuotā orōnē: collaudationē aut bñdictionē. Vñ Sap. vj. Cogitare de illa sensus est ꝯsūmat⁹, z q̄ vigilauerit sc̄z in orōne ꝓpter illā cito erit secur⁹. Hec ibi. Itē Eccl. xxix. Cōfitemi illi i voce labioꝝ vestroꝝ z c̄. Hinc Beda dicit, Exorāda est clemētia saluatoris iugiter vt beate mr̄is eius memoriam cōgruis officijs nos digne faciat venerari. Hoc etiā ecclesia petit in orōne ad primā ꝑginis bñdicte di. De⁹ qui aulā virginalē in qua habitares eligere dignat⁹ es: da q̄ sum⁹ vt sua nos intercess. mu. iocundos faciat sue interesse cōmemoratōi. Qui itaq̄ ꝑmissis modis gaudia btē ꝑginis recolit ꝑfecto gratie eius ꝯsolatiōe nō carebit nisi aliunde assit impedimentū z c̄.

¶ Capitulum. III.

Tercio in ℞ articulo videndū restat q̄ bona ꝓueniāt hoibꝫ ꝑ ipa gaudia ꝑginis sic meditata z recordata Ubi aduertendū q̄ sicut ex multis reuelatōibus z miraculis colligere possum⁹ plurima bona acq̄runt et acq̄rere possunt deuoti ꝑ istoꝝ gaudioꝝ recordationē: sicut z a pleris acq̄sita meritis btē ꝑginis compiunt. ¶ Primū bonū est gr̄e specialis impetratio, nā sicut attestati sunt sancti fratres socij vicz sc̄i Bernardini de senis ordinis minoꝝ: dum ipe vicz Bernardin⁹ viueret oretenus dicebat q̄ oēm gr̄am quā haberet vel habuisset ꝑ deuotā recordationē gaudioꝝ btē ꝑginis ꝓ q̄bus singulis diebꝫ solit⁹ erat ꝓzare coronā ꝑginis acq̄siuisset z obtinuisset z c̄. ¶ Scōm bonū q̄ ꝓuenit est deuotōis inflāmatio vt certa docet experientia z iā supra tactū est. Referebat mihi q̄dā frater ordinis minoꝝ laudabilis vtiq̄ vite, q̄ ipe singulis diebꝫ certo numero diceret Aue maria: recordando ꝑginis gaudia. Et q̄ q̄ñcunq̄ ℞ faceret mirabilit̄ inflāmaret̄ z ineffabili dulcore deuotōis ignirel. ¶ Terciū bonū est ī morte ꝓtectio z letificatio. Cōgruū em̄ z dignum est vt q̄ in ꝑsenti gaudia nūciat virgini in tpe angustie mortis z in futuro letificetur effectus ꝓticeps gaudioꝝ ei⁹. vt dic̄ beatus Anſ. in li. miraculoꝝ. ca. xxij. Ad id referendo tale miraculū. q̄ q̄daz cleric⁹ deuotus Marie q̄tidie ꝯtra dolorē q̄nq̄ vulnerū xpi sic Mariā ꝯsolabatur di, Gaude dei genitrix virgo imaculata gaude que ab an

gelo gaudiū suscepisti, gaude q̄ genuisti eternī lumis claritatē: gaude mater: gaude sctā dei genitrix virgo tu sola mater innupta te laudat factura. genitrix lucis sis p̄o nobis quesum⁹ ppetua iteruētrix ad dñm ihm xp̄m z hec anth. frequētat in scholis. Cūq; languore corrept⁹ ad extremū venisset cepit nimio pauore turbari z anxiari. Cui apparuit sctā maria virgo dixitq; ei. Cur tāto timore trepidas: q̄ totiēs mihi gaudiuz nūciasti. Ne paueas q̄m nil mali patieris: sz gaudiū mei q̄ sepi⁹ p̄cinebas ptceps eris. Audiēs hec ille putauit se sanitati restitutū z dum se cū letīcia erigere veller: anīa ei⁹ egressa est e corpe z in celestia gaudia euolauit. g̃ pēsandū est q̄nta deuotōe debeat reuereri btā virgo q̄ sibi seruiētib⁹ nō desinit auxiliari. Hec Anſ. Quartū bonum petitionū exauditio. nō em̄ dubiū q̄n btā virgo p̄ suis deuot⁹ intercedat apud filiū. Cui nō est phas negare quicq̄d petierit. vñ Bern̄. li. de laude virginis. Data est tibi potestas o maria in celo z in terra: vt q̄cquid voluer⁹ valeas impetrare. Hinc cōis opinio ferē in regno būgarie esse q̄ quisq̄s ad memoriā gaudioz btē virginis z p̄cipue ei⁹ gaudiū q̄ habuit in cōceptione z portatōe in festo annūciatōis eius dē virgin is aut relāt festiuitatib⁹ ei⁹ mille aue maria cōpleuerit q̄cq̄d petierit impetrabit: sz hoc vez esse putes nō necessario: z cū hoc obseruatis cōditōib⁹ q̄ req̄runt ad hoc q̄ oratio exaudiat vt scz petat id q̄ē ad salutē. Et ß p se pie z humiliter ac pseueranter z fideliter. Ad p̄missa p firmāda facit etiaz miraculū q̄ articulo tercio h⁹ ptis subscribet. Hoc solū ad pñs admoneo ß exhortor vt oēs ad bñdictā virginē z ei⁹ gaudioz recordationē habeam⁹ deuotionē, oēs ad eaz fugiam⁹ z ei pio affectu deseruire studeam⁹ p certo sciētes: q̄ ipa mater miscōie: ipa mater grē: ipa mater pietat⁹: adest z p̄sto est auxiliū impēdere oīb⁹ inuocantib⁹ eā in veritate. Hoc ē q̄ deuotissim⁹ Bern̄. dicit. Si leat inquit misericordiā tuā o felicissima domina q̄cūq; in suis necessitatib⁹ te meminit inuocatā auxiliū sibi defuisse z̄c.

¶ Arti cul⁹ terci⁹ de multiplici gaudio beate virginis in visitatiōe Elizabeth.

TErciū misteriū p̄ncipale declarādū de gaudiis btē p̄ginis dicit multitudīs. Hā in hac visitatōe sacratissima habuit p̄mo beatissima gaudia multiplicia. Ex q̄b⁹ et si aliq̄ supius cū ageret ō gaudiis p̄ceptōis sue tacta sint hic tm̄ ponunt ipa ei⁹ gaudia aliter q̄s ibi distincta z ea sola q̄ magis p̄tie huic materie cōgruere vident z ad ei⁹ visitationē ptinere noscunt. Notādū aūt q⁹ ad numez duodecim stellaz in corona beate virginis describunt hic duodecim ei⁹ gaudia: q̄ habuit in hac sacra visitatōe: et q̄bus ipsa gl'iosa extitit. Quaz p̄ma q̄ttuor accipiunt ex pte filij quē vtero baiulabat. Alia q̄ttuor ex pte sui id est p̄ginis quē ad visitādū accedebat. De nicz residua q̄ttuor ex pte coz q̄s visitabat: z sic ordinat in trib⁹ q̄ternarijs. ¶ Primum gaudiū btē virginis est gaudiū diuine inhabitatōis. multū em̄ gaudebat q⁹ de⁹ in eius aīa z vtero habitabat. Quis ei nō gaudeat cū deuz inhabitātē habeat. q̄m vt dic Ambro. sup Lucā. Qui xp̄z interno suscipit hospitio maximis pascit exuberantiū suauitatū z gaudioz delectatōib⁹. Si dicas: deus habitat in oib⁹ q̄d g̃ magnū est in p̄gine habitasse. Rñdet p̄m doct. sup. j. di. xxxvij. z super. iij. q⁹ de⁹ vniuersaliter z p naturaz est in oīb⁹ reb⁹ etiā in peccatoribz hoib⁹: nisi ei deus p̄seruaret oia in nihilū redigerent. vt dicit Greg. in moral'. Speciali⁹ aūt p gr̃am in anīa fideli z sctā p̄m plus z min⁹ de⁹ dicit habitare p capacitate gr̃e. Sz in maria singularissime q⁹ nō solū p gr̃am sz in sup etiaz corpus assumēdo. ¶ Circa hāc inhabitationē coz marie p̄siderabat tria q̄ maxie eā gaudere faciebāt. Primo q̄dē pensabat q⁹ illuz qui maioz est celo p̄tinebat in vtero z anīo. Quis est maioz celo p̄fecto ille de q̄ Salomon ait. ij. Reg. viij. Celū z celi celoz te de⁹ capere nō possunt. Et q⁹ tā magnū deū i se continebat. idcirco ipa celo compar⁹ p̄ psal'. dicentē. Dñs in celo. i. in maria pauit sedez suam. i. humanitatē in q̄ quieuit. Ipa eq̄dē btā virgo nō imerito celū dicit: q⁹ celū noīatur a celando q̄m ibi a nobis est celata diuinitatis gl'ia z būtudo. sic in vtero btē virginis nouē mēsib⁹ occultata z celata est diuinitas xp̄i: q̄ oēs sancti z beati p̄fruunt in celo. Subdit q̄z in autoritate p̄missa z regnū ipius oīb⁹ dñabit. Regnū diuitatis ē beata virgo que sup oēs dñiuz accepit z in qua solus de⁹ regnauit z̄c. Scōo de hac ba

bitatiõe gaudebat ẏgo: qz eius coz ꝫsidera bat z intime pẽsabat q; de⁹ in suo vtero ma nens eadẽ que in celesti gl'ia faciebat vicz q; filiꝰ dei a deo pẽ z spũsctũs a patre simul z filio ꝓducebaꝭ,qm̃ sicut sol vbicunq; sit nõ desistit suũ lumẽ gignere z radiũ diffundere ita de⁹ nec in vtero ẏginis destitit filiũ quez ab eterno genuit gignere z spm̃sctm̃ spirare Tercio de ℔ gaudebat,qz cogitabat z pẽsa bat q; iste est de⁹ in suo vtero manẽs ꝑ quez totus mũdus creat⁹ est z ꝓseruaret z ꝑ quez etiã oẽs angeli glorificarent ac gauderẽt ei⁹ essentiã intuẽdo,sicut de ℔ supꝝ patuit li.j.ꝑte.vij.ar.ij,ca.iij. ¶ Scõm gaudiũ habuit btã virgo vicz gaudiũ suauissime portatõis qz sentiebat se nõ grauari in eo q; corp⁹ xpi portaret ꝫ pot⁹ mira spũsctõ dulcedine re-creari. Hoc est qõ dic̃ Ber,q; btã ẏgo sic̃ fu it sine corruptõe fecũda: ita sine omi grauamine grauida: z sine dolore puerpa. In bu ius signũ cuãgelista ỏ ea notant dic̃ q; abiit in montana cum festinatiõe.qz nescit tarda molimina spũsctõ gratia. vt ait Amb,super hec verba Luce ꝑdicta. ¶ Gz queriꝭ quõ beata Maria mox post ꝓceptum fuerit au sa festinãter ambulare in montana via tam longa.cũ ꝑ tũc piculum magnũ sit aborsus qñ scz mulier nouiter ꝓcepit. Rñdet Alber. sup ꝑsens euãgeliũ,q; sciuit fructũ ꝓceptuz diuĩa nõ hũana ẏtute firmatuz. Illis em̃ q̃ humanit⁹ cõcipiũt duo tpa mouẽdi interdi cunt a medicis. Primo scz post ꝓceptionez statim:qz tunc ꝓceptus mollis est z faciliter mobilis z a matre solubilis. Scõo post q̃n tum mẽsem vel sextũ:qñ grauitate sua cõce ptus se abrumpit,sed Maria diuĩtus cõce pit ℊ ꝛc. ¶ Tercio habuit gaudiũ diuine vi sionis fruitiue:q̃ mira suauitas z diuĩe ꝑsen tie delectatio ac fruitio ꝓtinue in eius aĩa crescebat z augebaꝭ ꝑ hac dei inhabitatõe. Cumulati⁹ em̃ indicibiliter magis q̃z añ acci piebat sentimẽta diuinaꝝ imissionũ z diuĩe ꝓsolatõis ac familiaritat; sepissimeq; visio nis ipi⁹ dei. ¶ Sed q̃riꝭ an aliqñ ipa rapta fuerit ad visionẽ dei facialẽ z clarã vt videt beati in patria. Rñdet Linconien,li,iiij. an gelice hierarchie,ca.vj,q; sic. Nec inq̃t he-sitandũ extimo q̃n ei btissime ꝓtigerit ĩ hac vita pluries manifesta z nõ ꝑ enigmata seu figuras diuine essentie visio. Hec ille. Et ℔ excellẽtissime sup oẽs viatoꝝ reuelatõnes z sepi⁹ potissime,ꝑ hac dei inhabitatõe in ei⁹ vtero z aĩa credendũ est. Rõ quia Moy-si ꝓcessum est videre diuinã essentiã atq; eti am Paulo rapto in terciũ celũ ẽm Aug. Er go a fortiori multo excellenti⁹ Marie,qz vt ait Damas. Ipa a nullo illustriũ vinciꝭ. Et si obijciꝭ nõ videbit me hõ z viuet,vt ỏt dñs Exo,xxxiij. Rñdet Linconien,vbi supꝝ. In momẽto hui⁹ visionis q̃ videt nõ viuet hõ: qz nõ ꝑgrauat⁹ mole carnis nec ꝑpedit⁹ ab actu sũme potẽtie humane nature:qõ ipor-tat in se ℔ nomẽ hõ cõiter dictũ ꝫ magis vi uit sup hoiem. Hec ille. Hã tũc oportet fundi tus mori z abstrahi a sensibꝰ humanis ẽm Greg. ¶ Quartũ gaudiũ habuit splẽdide il lustrationis qz miꝝ lumẽ diuinũ sentiebat irradiare z splendescere. Primo q̃dẽ in aĩa sua q̃ illustrabaꝭ ad sciendũ secreta etiã di-uina z oẽs artes z sciẽtias mũdi atq; ꝓphe-tandi futura. Unde,ꝓphetauit dicẽs, Ecce enim ex hoc beatam me dicent oẽs gene-nerationes. Secundo etiam in corpe quia mira radiositate diuinã ꝑsentiã declarante ei⁹ facies illustrata fulgebat. Si em̃ Moy ses ex diuino ꝓsortio z familiaritate tanta cla ritate resplẽdebat vt nõ possent in ei⁹ vultũ intẽdere filij isrl ꝓpter claritatẽ vult⁹ ei⁹ Un̄ cornuta videbaꝭ ei⁹ facies z ꝓpterea velamẽ ponebat sup faciẽ ei⁹ cũ ad filios isrl egrede reꝭ: vt dicit scꝑtura: q̃nto magꝭ ex diuĩtatis ꝑsentia in vtero virginis refulgebat ei⁹ faci es z pie credo q; adeo radiabat q; in eã aspi cere nõ possent hoies ꝓpter claritatẽ vultus ei⁹: filio ei⁹ in vtero manẽte. Hoc etiã Ber. dicere videꝭ:qz ꝓpter ipam radiositatẽ faciei ei⁹ Joseph spõsus ei⁹ respicere nõ audebat in ei⁹ faciẽ. Un̄ glo.sup illud Matth.j. Ac-cepit Joseph ꝓuge suã z nõ cogñscebat eaz donec pepit di,sic. Joseph Mariã facie ad faciẽ videre nõ poterat quã spũsctũs a ꝓce ptiõe pleni⁹ impleuerat,z iõ nõ agnoscebat faciẽ eius quã despõsauerat donec ei⁹ virt⁹ euacuareꝭ. Hec glo. Gaudebat igiꝭ virgo dum se tã miro lumie diuio tam in aĩa q̃z ĩ corpe circũfundi sentiebat miro dulcore spi rituscõ supinfuso ꝛc. Hec ꝑdicta q̃tuor gau dia habuit virgo q̃ accipiunt ex ꝑte sui filij. ¶ Quitũ in ordine gaudiũ habuit vicz gau diũ virginitat;. Gaudebat q̃dez z miro mõ letabaꝭ,qz cernebat in se impletũ illud Esa. vaticinũ,ca.vij. Ecce ẏgo ꝓcipiet z pariet filiũ z vocabit ꝛc. ¶ Sextũ gaudiũ sciteturꝭ qz vicz sic sctificabaꝭ ex filij dei inhabitatõe

vt totaliter ad diuīa dedicaret. Nam vt dicit Petr⁹ aureoli in suo cōpen. li. iij. Beata virgo qñ filiū dei ꝯcepit fuit sic sctificata vt oīno fomes in ea extingueret ⁊ in bono eēt ꝯfirmata vt nūq̄ posset peccare. Cū aūt filius dei in vtero nouē mensib⁹ habitaret ista sanctificatio fuit aucta intantū q̄ solis diuinis ipa virgo esset dedicata: adeo q̄ etiā licitis vsib⁹ mr̄imonialib⁹ eā aptare eēt impossibile qz tūc nō solum mens sz etiā corp⁹ luce diuitatis resplenduit. Hec ille. Merito igit̄ de ea ps. ait. Sctificauit tabernaculuz suū altissim⁹. Tripliciter aūt de hac sctificatione btā virgo gaudebat. Primo qz nosce bat se gr̄e plenitudine esse ꝯsūmatā ⁊ donis spūssctī repletā excellētioꝛi mō sup oēm puꝛā creaturā. iuxta illud angeli dictū. Spūssctūs supueniet in te. glo. i. sup q̄s ad aliā creaturā supueniet in te. Scōo gaudebat. qz i bono ⁊ in gratia ꝯfirmatā se esse sciebat. vt dicit Rich. de sctō victoꝛe. in expositiōe. Ecce ego ꝯci. li. iij. et Ber. ī epla ad lugdunēn. Nō em̄ habuit potentiā peccādi post istaz sctificationē scdam. s. cū filium ꝯcepit. vt dicunt Bonauē. ⁊ Richar. de media villa. super. iij. di. iij. ⁊ Tho. pte. iij. q. xxv. ⁊ Alexā. de bal. iij. pte. q. lxxxviij. Tercio gaudebat de hac sctitate qz de pseuerātia ⁊ finali stabilitate certificata erat diuīa inspiratōe vel reuelatōe aut alio mō cōgruenti. Si em̄ apl̄i fuerūt certificati ō pmāsione spūssctī in eis in eternū Joh. xiij. Et Paul⁹ de insepatōe a charitate xp̄i Rom. viij. multo magis maria. qz vt dicit Bern̄. Priuilegia gr̄aꝝ alīs ꝯcessa de maria negari nō debēt sed cōcedi ꝛc. ¶ Septimū p̄ncipale gaudiuz babuit mr̄nitatis. qō expressit Elizabeth cū eā matrē dn̄i vocauit di. vñ mihi ℔ vt veniat mat̄ dn̄i mei ad me: quo nil mai⁹ dici pōt ad ꝯginis honoꝛē. O q̄ntū ℔ gaudiū erat in coꝛde virginis cū aduertebat q̄ ipa esset deo supōes acceptissima ⁊ dilectissima adeo q̄ ipsa sola esset electa q̄ fieret mr̄ illius filij cui⁹ deus pater est. Mirabile q̄ vni puelle tantuz dignitat̄ priuilegiū est ꝯcessum. Unde Bern̄. vt allegat̄ in li. qui dicit speculū Marie dicit. Ista est vere virginalis gl̄ia singularis ⁊ excellens p̄rogatiua Marie q̄ filiū vnicū eundēq̄ cū deo patre meruit habere cōmunē. Hec ille. ¶ Octauū gaudiū priuilegiate dignitatis q̄m deus eā m̄tis excellētissimis priuilegijs ac dignitatib⁹ sublimauit: vt munus gratie ⁊ glie p̄ oīb⁹ creaturis pur̄ obtineret. Unū pensa quātū gaudebat coꝛ ꝯgineū. Primo q̄dez de priuilegio excellētissime puritatis: qua tātū p̄fulgebat q̄ maioꝛ sub deo puritas sua puritate itelligi neq̄bat. vt dicit Anſ. li. de ꝯceptu ꝯginali. Scōo gaudebat de priuilegio diuīe familiaritat̄ qz sup oēm creaturā dō familiarissima fuit. nūq̄ ei create ꝯcessū ē nec ꝯcedet̄ tal' diuīa familiaritas q̄ ei ē ꝯcessa: vlcz q̄ deū nouez mēsib⁹ ī vt̄o portauit: deū vbere de celo pleno lactauit quē deꝯpꝛioꝛ puro sanguīe ꝯcepit: deū ī amplexib⁹ ꝛ osculis familiarissime tractauit ⁊ dulciter educauit puer: deum q̄dem subditum habuit. vt ꝛ Lu. ij. Unū Aug. vt allegat̄ in li. q̄ dicit̄ speculuz Marie di. Nec mirꝛ o Maria si tibi cōgaudere digneꝛ de⁹ regnās in celis quē puulū ex te natū hoīem totiens osculata es in terris ꝛc. Tercio pensa quātū gaudebat de priuilegio ineffabilis dignitatis. s. q̄ esset genitrix ⁊ mater oīpotētis dei: regina celi: dn̄a angeloꝛ et hoīm: ac totius mūdi sup oīnes creaturas: gratia meritis et gloria exaltata. ⁊ sic de alīs eius priuilegijs. de q̄bus alibi latius ageꝝ. Hec q̄tuoꝛ eius gaudia accipiunt̄ ex pte virginis. ꝛc. ¶ Nonum gaudiū spūalis influentie qz tanta gratia videbat se abundare q̄ ei⁹ gratia redundabat et influebat copiose etiam ad eos quos visitabat. id est ad Johānē et Elizabeth cum et ipi ad eius vocem salutationis repleti sunt spiritusctō. vt patz Luc. ij. ca. Sancti quidez maxime de gratia dei gaudent. quia gratia est excellentissimū donum dei. vt dicit August. Quātū ergo maria gaudebat cuz tam vberem gratiā dei in se sentiebat: vt etiaz in alios redundaret. Et certe ſm Hiero. p̄ eius gratiā larga spiritus sancti imbre perfusa est oīs creatura. hoc est qō ps. ꝓphetauit dicēs. Diffusa est gr̄a ī labijs tuis ꝓterea bñdixit te deus ī eternū. ¶ Decimū gaudiuz mirabilis efficacie. qz videbat tantā sibi adesse diuine virtutis efficaciā: vt ad eius vocem tot et tam inaudita sequerent̄ miracula que a deo fiebant. Himirū p̄mo ad eius vocem quinq̄ dictionum cū ait. Fiat mihi ſm verbum tuuz tā inextimabile miraculum factuz est q̄ de⁹ factus est hō ⁊ verbū factū est caro ⁊ habitauit in nobis Joh. j. Itē ad vnicā vocē salu

tatiõis sue factũ est secũdo magnũ miraculũ: qz statim Elizabeth z ei⁹ filí⁹ repleti sunt spũsctõ. Deniqz tercio aduerte qz ad vocez eius plurima miracula facta sunt in Johe. Et q̃dẽ p̃mo qz statim fuit ab originali mũdatus. Scõo qz fuit spũsctõ replet⁹. atqz fuit statim sctificat⁹: Tercio qz fuit ꝓfirmat⁹ i gratia vt nũq̃ moztaliter peccaret. Quarto qz fuit cognitõe ꝓphica illustrat⁹ cũ tam absconditũ mysteriũ diuitat⁹ ihu certissime cognouit exñs i vtero. Quinto qz fuit rõne virili et sensuum accelerat⁹ adhuc in vtero, vt dicit Aug. z Hiero. Sexto qz fuit exhilaratus, exultauit eñ in gaudio infans in vtero Septimo qz regem xp̃m venerat⁹ est in ei⁹ aduentu gaudio declarãdo. O q̃ntũ igit beata virgo gaudebat cũ tãta miracula ad ei⁹ vocẽ vnicã fieri cernebat in hac visitatõe.

¶ Undecimũ gaudiũ singularis bñdictionis supne z beatifice. qz aduertebat quõ spiritusctus eã taz ꝑ angelũ q̃z ꝑ Elizabeth benedictã sup oẽs ꝓnunciabat dicẽs. Benedicta tu in mulieribꝫ zc. Et itez. Btã q̃ credidisti qm̃ pficient in te zc. Aug. in sermõe de natiuitate. Maledictio Eue in bñdictionẽ mutat Marie. Itẽ Ambro. in omel. hui⁹ festi dicit. Sicut peccatũ a mlieribꝫ cepit ita bona, s. diuine bñdictõis a mulieribꝫ inchoarẽt. i. a Maria z Elizabeth p̃dicẽdo ¶ Itez Sixtus papa in sermone hui⁹ festi dicit sic. Eadez voce maria ab elizabeth atqz ab angelo bñdicta dicit vt angelis z hoibus simꝫ venerãda monstret. qz scz vtriusqz bñdictionẽ attulit zc. ¶ Duodecimũ in hac visitatione habuit virgo gaudiũ fructuositat⁹ salutifice qz vicz z ipis q̃s visitabat z sibimet et oĩbus hoĩbꝫ mũdi electis salut⁹ fructũ portabat xp̃m ihm̃ i sacro vtero. Gaudebat igitur ꝯgo qz sciebat q̃ ꝑ fructũ vteri sui quez baiulabat infern⁹ cuacuaret: hõ redimeret: angelicus chorus restauraret: z oĩs creatura renouaret. Gaudebat qz talẽ z tantũ fructum habere ipa meruerat q̃ oẽs scti z angeli fruerent. Hũc fructũ saluificũ agnouit elizabeth, z iõ exclamauit z ait, Bñdictus fructus ventris tui. ¶ Proinde iuxta p̃missa q̃stio apud theologos vertit vtilis. vtruz scz btã virgo rõnabiliter id fecerit vt spõso suo relicto scz Joseph ad cognatã visitãdã z eidem seruiendũ accesserit. Et concorditer respondet ꝯm sñias doctoꝝ q̃ sic, pluribꝫ rõnibus. ¶ Primo rõne diuine acceptabilitat⁹. ꝙ em̃ fecit nõ vagãdi z discurrẽdi ꝓpio placito sz diuine acceptabilitat⁹ desiderio. qz spiritusctõ illustrata sciebat sũme placitũ fore deo: vt ꝓpinqua scz Elizabeth visitata Johãnes sctificaret qui futur⁹ erat p̃cursor ꝓpi sicut patuit ex p̃missis. ¶ Scõo rõne exercitande ꝓtuositatis. qz sciebat ꝯgo suã visitationẽ fieri ad exercitationẽ virtutũ ꝑ maximarũ z ꝑ ꝯsequẽs ad merita et p̃mia ꝯseq̃nda maxima nõ solũ sup boies sz etiã sup angelos. tũ ꝑ exercitio sũme charitat⁹. qz vt dicit Petr⁹ raueñ. Est inq̃t z in angelis charitas q̃ supenituit in Maria dum ꝓgredit in montana: tũ ꝑ exercitio humilitatis qua se dña mũdi humilẽ ancillã Elizabeth exhibuit. Nunq̃ tãta charitas vel tanta humilitas in angelis est repta in scꝑturis exhibita fore pregnãtibꝫ ¶ Tercia rõ quo ad nos scz vtilitatis. qz sciebat ꝯgo istã visitationez ꝓficere toti mũdo ꝑ salutis efficacia vt patebit z p̃cipue edocet ex ꝙ sũm⁹ ꝓphetarũ et sanctoꝝ q̃ maioz nõ fuit inter natos mulierũ vicz Johes gr̃az z sctitatẽ habere nõ potuit nisi Maria adueniss̃et z salutasset q̃nto magis null⁹ alioꝝ hoĩm gr̃am habere posset nisi ꝑ Mariã. vt ait Bern. zc. O igit superbenedicta ꝯgo Maria q̃s pensare potest tua ꝑ his gaudia oñs q̃ charissimi fusis lachrymis iplorem⁹ marie suffragia: vt cuz ea ꝑfruamur etna leticia ¶ Ad id de gaudijs marie ꝓmulgante btõ Lapistrano miraculum Refert q̃ vicz q̃dã cleric⁹ ob deuotionẽ btẽ ꝯginis cũ adhuc eẽt secularꝫ: solit⁹ erat sertũ de floribꝫ vel rosis colligare et imaginẽ btẽ ꝯginis cũ ipo serto decorare: factũ ẽ ꝯgine bñdicta faucte q̃ religionẽ intrauit et seculo renũciauit vbi cũ ꝑ aliq̃t tps p̃mãsiss̃et cepit anxi⁹ esse q̃ sue deuotiõi satisfacere nõ posset: in eo vicz q̃ neq̃ret florez colligere in religiõez imaginẽ ꝯginis adornare cũ serto: sic̃ solit⁹ erat facere in secło. Unꝫ ꝓpositi se de religiõe ob hãc solaz cãm exiturum. Quadã g̃ die cũ nimis anxiaret coz ei⁹ i oratione posito appuit btã ꝯgo di. Fili noli anxius esse nec de religiõe exire: docebo ego te quõ deuotõi tue meli⁹ ꝙ satisfacere valeas ꝑ serto vl̃ corona quã mihi i secło ꝺ floribꝫ faciebas. Hũc fac mihi singlis diebꝫ coronã spũalẽ hoc modo. Primo ob memoriã gaudij mei qꝺ habui cũ filiũ meuz concepi: dic

vnū pater noster: deo gratias agēdo de bñficio mihi ꝓstito. z subiungas decē aue maria. Scōo ob memoriā gaudij qō habui filiū in vtero portādo z ī visitatōe Elizabeth cōsiliter facies. Tercio ob memoriā gaudij tpe natiuitatis filij mei ꝓsiliter facies, Quarto ꝙz ob memoriā gaudij qō habui cū tres magi filiū meū deū agnoscētes adorauerūt ꝓsiliter. Quinto ob memoriā gaudij qō habui cū filiū in tēplo repi z postea descēdit et erat mihi ī oīb⁹ subdit⁹ z dulcissime ꝓuersatus ꝓsilr Sexto ob memoriā gaudij qō habui qñ filiꝰ meꝰ resurrexit, ꝓsiliter, Septio ob memoriā gaudij qō habui cū in celū assumpta sum dices ꝓmo vnū pr̄ nr̄, z subiūgēs tria aue maria, z sic in toto erūt septem pr̄ nr̄. z. lxiij. aue maria. ℔ facies singulis diebus acceptiorē mihi facies coronam et tibi magꝝ meritoriā. hec dicēs euanuit. Iste numerꝰ ꝓsonat numero annoꝝ vite btē ꝑginis q̄bus vixit in mūdo isto ſm alios. Ille igit remanēs in religiōe sedula deuotione cepit q̄tidie ℔ ꝓficere, Accidit aūt q̄dā vice pꝰ sacram ꝓfessionē vt iter ageret p quādā siluaz cū fratre socio z sic in itinere dictā coronaz oraret: secꝰ viā latitātes erāt latrones: explorantes p viā trāseuntes: qꝝ cuz viderēt istos fratres videbāt eis qꝝ vna pulcherrima virgo astaret fratri orāti dictā coronā: z ad singulā salutationē eiꝰ vnā rosam pulchrā colligēs alligaret cū aureo filo ad circulare lignū qō manu videbat tenere: q̄si faceret qō dā sertū. Cūqꝫ cōpleta orōne irruissent latrones sup fratres z eos capiētes q̄rerēt z dicerent: vbi ē ista puella q̄ vobiscuz nūc erat: q̄ feciſtz eā, Illi negabāt dicētes: qꝝ nūq̄z vellent mlierē vl̄ feminā aliquā in societate habere qz vouissent castitatē z ꝓsortia mlieruz tenerent ex regula fugere, Isti ecōtrario asserebāt vidisse cū eis puellā pulcherrimam vñ traxerūt eos de via ad ptes: vt eos afflige rēt z ꝓsiterent q̄ istā puellā fecissent, Suspirāt fratres ad xp̄m z btāz ꝑginē, Et ecce apparuit btā ꝑgo in aere cū multitudie angelorū: ferēs in capite suo sertū roseū: z dicēs ad latrones, O vilissimi z iniq̄ homīes cur audetis meis famulis nocere z̄c, Perterriti illi z stupefacti audierūt ꝑginē bñdictaz q̄si gliando dicere ad angelos: ecce q̄li corona decorauit me iste frater z̄c, Et euanuit, Sicqꝫ factū est qꝝ latrones auditū fratrē referentē de ꝓdicta orōne quā btē ꝑgini porauerat ad lumē ꝓfitatis redeūt venīa postulāt z mūdo renūciātes religionē ingrediunt, fratres q̄z z oīes isti quoad vixerūt coronā beate virginis sedula deuotōe orauerūt quotidie

¶ Denicꝫ fertur amplius qꝝ cuz ista oratio in vsum plurimoꝝ venisset sctūs Bernardinꝰ de senis ordinis minoꝝ de obseruantia q̄ti die eam ob deuotōez ꝑginis porabat, Cui die quadā oranti ipaz coronā: apparuit beata virgo di, O mi deuote famule multū mihi cōplacuit in tua deuotiōe, Ecce quia me hac corona q̄tidie es honorat⁹ impetraui a filio meo tibi gr̄am miracula faciēdi z ꝓdicandi. z tandē scias te in celo mecū sine fine letari ꝓticipem meoꝝ gaudioꝝ z̄c. Et sic ab illo tpe cepit sctūs miraculis choruscare et maximis gratijs abundare. Oēs igit charissimi vos adhortor ad btē virginis deuotionē z gaudioꝝ eius recordationē: oēs in dño ihu admoneo ad ꝓdicte corone virginalis orationē: vt valeatis ī celo sine fine vna cū beata ꝑgine cōgaudere, qō nobis ipius meritis ꝓcedat xp̄s filius dei.

¶ Pars tercia secūdi libri est de btē marie cātico z gr̄arūactōe ꝓ diuīa incarnatōe.

Magnificat anima mea dñm Lu. j. ca. Verba sūt bñdicte ꝑginis marie gr̄as agētis z laudātis deū in hac visitatione: ꝓ bñficio diuīe incarnatōis: et deuotissimo cāt̄ico edito dicētis Magnificat z̄c.

¶ Circa qō vna talis ponit ꝓclusio. Cōgruentissimū erat vt bñdicta ꝑgo Maria ꝓ bñficio diuīe incarnatiōis nouo cāt̄ico deum collaudaret. Hāc ꝓclusionē declaro z ostēdo triplici rōne. ¶ Primo rōne gratificationis: quia nouo z sūmo dono noua et sūma debeꝫ gratiarūactio ipi deo: ne viciū ingratitudinis incurrat, qō est tāqꝫ vētus vrens exiccans fontē gratie: deo inimica ſm Ber. Vñ Seneca lib. de bñficijs ait, Nil grato animo honestiꝰ. Turpissimū aūt est bñficijs gratias nō referre. Sed qm̄ beata virgo in hac incarnatōe sūma donaz noua ꝓ humano genere obtinuit sc̄z qꝝ deꝰ fieret homo ex ea: z redimereꝫ homoz z̄c, ergo nouo cantico debuit gratias agere deo ī ꝓsona sui z totiꝰ hūani generis, Scōo rōe remediatōis: nā xp̄i ī carnatō ōbebat eē remediū ꝫ bois lap

ſum. Cotraria aũt contrariꝭ curantur. ſm Greg. in omel. de martyrib. Qm̃ aũt hõ ce cidit blaſphemia ꝫ deũ ꝓcurrẽte. Hã vt legit Geñ. iij. dixit diabol⁹ ad mlierẽ. Neq̃ morieminí. ſcit em̃ de⁹ q ꝙ cũq hora comede ritis eritis ſic dij ſciẽtes bonũ ⁊ malũ. Ecce blaſphemat deũ attribuẽdo ei inuidũ eſſe ⁊ tenacẽ: q̃ſi de⁹ eẽt tã inuid⁹ ⁊ tenax q nollet vt ei aſſilareť hõ ſciẽdo bonũ ⁊ malum ⁊c. Huic blaſphemie mlier Eua cõſenſit cũ ſic foze credidit. Et iõ ſic hõ ꝑ blaſphemiã dia boli cui mlier ꝓſenſit: caſum ſumpſit. Ita p ꝓtariũ in ininio nr̃e repatõis p incarnatõz ꝟbi dei ipa mlier. i. maria gr̃as agere ⁊ lau des deo ꝓmere debuit: q̃ blaſphemia ꝓma aboleret: qõ ⁊ fecit in ℔ deuotiſſimo cãtico Magnificat ⁊c. ¶ Tercio rõne ꝑfiguratõis qz legit Exo. xv. q cũ filij iſrl' fuiſſent libera ti de manu pharaonis ⁊ egyptioz ipis ſub merſ. Maria ꝓbetiſſa ſoz oz moyſi ⁊ aaron egreſſa cũ mlieribz canticũ cecinit. Hec ma ria figurauit nr̃am dñam mariã: q̃ cantico nouo debuit canere laudes deo ꝓ nr̃a libe ratõe de ſub manu diaboli. Poſtq̃ igit ma ria redẽptozẽ cõcepit angelo nũciante ⁊ ad Elizabeth veniſſet: Elizabeth eã bñdictã ꝓ clamaſſet ⁊ ꝟba angeli ī ea implẽda ꝑdixiſ ſet. Perficient inꝺt in te que dicta ſũt tibi a dño. ſtatim maria ꝓ gratiarũactõe ℔ carmẽ dño cecinit ⁊ ait. Magnificat aia mea do minũ ⁊c. De ℔ itaq̃ cantico loq̃ intẽdentes tria myſteria de ipo declarabim⁹.

¶ Primũ dicit ſublimitatis.

¶ Scom̃ myſteriũ glorioſitatis.

¶ Terciũ myſteriũ vtilitatis.

¶ Articul⁹ ꝓmus q canticũ marie excel lit alia cantica ⁊ ſublimu⁹ foze oſtẽdit ꝓ alijs in trib⁹: vt patebit infra.

Primũ miſteri

Primum dicit ſublimitatꝭ. vbi ẽ notã dũ q ℔ canticũ magnificat cete ris cãticis eſt excellẽti⁹ ꝓcipue in tribus.

¶ Primo in intitulatione.

¶ Scõo in cauſa ⁊ intentione.

¶ Tercio in eccliaſtica veneratõe.

Primo q̃dẽ ℔ canticũ alia excellit in ſui inti tulatõe ⁊ denoiatõe. qz vnũqq̃ cãticũ in titulatũ a ſuo autoze dicit: aut cãticũ Moy ſi: aut cãticũ Dauid: aut alicui⁹ ex ꝓphis. ℔ ꝑcellẽti⁹ nomẽ hz: qz oz cãticũ Marie. Uñ Lu. j. ꝓmittit titul⁹ hui⁹ cantici cũ oz. Et ait maria. Magnificat aia mea dñm. Sic ꝫ maria excellit oẽs ꝓphas ſctitate: dignitate: ⁊ glia. ita ei⁹ canticũ excellit eoz cantica. O q̃s nõ afficiat huic cantico: qõ tã dignũ taz dulce nomẽ ſortitũ eſt vt dicat cãticũ marie dñe nr̃e regine miſcõie et gr̃e ⁊ a fortiori qz cũ iſtud cãticũ edidit ⁊ cecinit: deũ et dñm vez in vtõ habuit ⁊c. ¶ Sz forte obꝟcies q canticũ cãticoz Salomõis ꝑcellat oia cã tica: qz ſic denoiat ꝓ ſupexcellẽtiã ſcz cãtica cãticoz. Uñ ⁊ ſm Jobez in ꝓlogo ille liber vocat hebraice ſyraſirim qõ in lingua nr̃a vertit cãticũ cãticoz. Rñdet q ℔ nõ obſtat qz ille liber oz ſic: ꝓ eo qz mltipl'r diuias cõ tinet ꝑ alijs cãticis ve. te. laudes ⁊ ſpũalem amoz̃ inter ſpõſuz xp̃m ⁊ ſpõſaz eccliaz vel aniam docet ſm Hiero. vbi ſup. ¶ Nihilo min⁹ ℔ cãticũ Marie ꝑcellit rõnib⁹ ꝓnota tis. ¶ Scõo q̃ iſtud ꝑcellit alia in cã ⁊ intẽ tione. qz cũ alia cãtica ſint in gr̃arũactiones aut ꝓ victoria habita: ſic canticuz Moyſi. aut ꝓ recepta ſanitate: ſicut cãticũ Ezechie. aut ꝓ diuia laude q̃cũq̃. Hoc aũt ẽ ꝓ diuia incarnatõe qõ ẽ ſũmũ ꝑ oib⁹. ¶ Hui⁹ rei cã q̃ri ꝑt vtrũ hõ pl⁹ teneat ⁊ deo ſit accepti⁹ re gratiari ꝓ bñficijs diuie incarnatõis ⁊ hu mane redẽptõis q̃ creatõis. ⁊ ſic de alijs.

¶ Ad qõ ꝓtin⁹ rñdet q ſic. ⁊ oſtẽdit. ¶ Prio ex autozitate. Nam Ambro. li. de vir. dicit Pl⁹ dñe ihu ꝺbeo tuis iniurijs q̃b redẽpt⁹ ſuz q̃ tuis ꝟtutib⁹ q̃b creat⁹ ſuz. Itẽ Chrys. ſup Mat. dic. Nil ẽ ꝓ q maiozes gr̃as age re debem⁹ q̃ ꝓ paſſiõe ⁊ morte vnigeniti ei⁹ Et Bern. in medita. Sup oia amabilez te mihi reddit o bone ihu op⁹ redẽptiõis nr̃e calix paſſiõis quẽ bibiſti in cruce. ¶ Scõo oſtẽdit rõne. qz teſte Grego. in omel. de ꝓfe ſoribz. Quãto creſcũt dona tãto rõnes cre ſcũt donoz. ⁊ Seneca li. de bñficijs. docet q ãnto maí⁹ donũ dat tãto maioz eidẽ gra tiarũactio debet. Sz in incarnatõe ⁊ paſſi one xp̃i maxim donũ datũ eſt hoi. qz de⁹ ſe ipm obtulit ꝓ nob. g̃ ⁊c. ¶ Tercio oñdit exẽ plaritate qz ℔ ſolũ ẽ bonoz fideliũ vicz xp̃ia noz. ꝓ redẽptõe gr̃as agere. Illud ꝟo ſcz ꝓ recreatione vel alijs donis regratiari ẽ cnã infideliũ ⁊ maloz. Nimiz ī vit̃ ꝓ hoz legit q Thales phs cuz nocte extra domũ q̃ſtra ꝓſideraret incidit in fouea. Quo lugẽte d ip

xit vetula, Tu q̃dez o Thales q̃ añ pedes tuos sunt videre neq̃ens quõ q̃ in celo sunt poteris cog̃scere. Sic Thales ferť rñdisse. Hoz triũ gr̃as ago. Primũ q; hõ fact⁹ sum z nõ bestia. Deinde q; mas z nõ femia. Postremo q; grec⁹ z nõ barbar⁹. Ecce infidelis iste gr̃as deo egit p bñficijs creatiõis z conditõis, g̃ multo magʒ xp̃ian⁹ dz z̃c. ¶ Tercio B canticũ p̃cellit alia eccl̃iastica veneratõe, q; eccl̃ia ꝓstituit q̃tidie B canticũ Marie dici venerabiliť in vespis. Hocautẽ iõ vt deť nobis intelligi: q; vergẽte mũdi vespe dñs de⁹ est incarnat⁹ ex ꝑgine p quẽ eternã cõsequimur bñdictionẽ, z iõ q̃tidie studeamus deo regratiari. Propter ea etiã p alijs B canticũ Marie solẽni⁹ deuota celebritate solet in festis decãtari: accẽsis lucernis z thurificatõibꝫ ꝓsuetis adhibitis. Uñ z fideles ad B canticũ cũ caniť in vespis solẽt assurgere et stare capite nudato z inclinato, sicq; reuerẽti⁹ audire vel dicere tãq; si tũc p̃tialiter adesset btã ꝑgo z ei⁹ fili⁹ dñs ih̃s. Et certe dñt hec facere q; totũ B canticũ est ꝑbuz sancti euãgelij, z iõ sic reuerẽter ẽ audiendũ, q̃m sic̃ sc̃ptum ẽ Ecc̃i. xxxij. Pro reuerẽtia accedet tibi bona gratia.

¶ Articulus secund⁹ q; Marie canticũ est gl̃iosissimũ: et assignanť in ea duodecim beneficia a deo collata Marie, p q̃bꝫ magnificat deum.

SEcũdũ misteriũ de B cantico Marie declarãduz dicit gl̃iositaťʒ. Nã reuera B cãticũ est gl̃iosissimũ tã ipi deo q̃z ei⁹ sctissime mri Marie. ¶ Primo q̃dẽ deo quẽ laudauit btã ꝑgo in ipo p̃cipue, xij. modis. Primo de dñatione ei⁹ sup totũ mũdũ, ibi. Magnificat aĩa mea dñm, nõ dic̃ illũ vel illũ: ſz anthonomastice dñm. Scõo laudat de hoĩs saluatiõe, ibi. Et exultauit spũs meus in deo salutari. i. saluatore q; dñi est sal⁹. Tercio in bũilitũ respectõe, ibi. Respexit humilitatẽ an. Quarto in mr̃is btificatõe, ibi. Ecce ei ex B btãz z̃c. Quito i mirãdoz operatione: q; fecit mihi dñs magn̄ z̃c. Sexto i nominis sctitate, ibi. Et sctũ nomẽ ei⁹. Septimo in miscõia z miseratõe. Et miscõia ei⁹. Octauo in supboz deiectõe. Fecit potẽtiaz z̃c. Dispsit superbos. Nono in bũilitũ exaltatione. Deposuit po. de se. Decimo in esurietũ ipletõe. Esurientes iple. bo. Undecimo i bũane nature assũptõe. Suscepit isr̃l puer. Duodecimo in ꝓmisse liberatõis ipletõne. Sic̃ locu. est ad pa. Hec ꝺm Johez gerson cancella. pariſ. in sua editõe de cãtico Maríe. ¶ Scõo dixi q; ẽ gl̃iosissimũ B canticũ btẽ ꝑginis, q; in ipo notari p̃t, xij. stelle gl̃ie in corona capitis ei⁹, sic̃ scribiť Apoc̃, xij. In capite inq̃t ei⁹ corona. xij. stellaz. Haz i bis xij. bñficijs a deo acceptis vel ꝓuilegijs donatis btã Maria gaudẽter gl̃iať z deũ laudat in B cantico vt patz diligẽter ꝓsiderãdo versus ei⁹ atq; pticulas. ¶ Cap. I.

PRima stella ỏr dignatiua p̃electio de q̃ deũ Maria laudat et gaudẽs gl̃iať cũ di. Magnificat anĩa mea dñm Notãter dic̃ dñm qỏ ẽ relatiuũ ad seruũ vel ancillã: vt significet se in B gaudere z gl̃iari q; a ỏo ẽ in ancillã specialiť electa, vñ de B gr̃as agit. Nã, pfecto sctis B est gaudium maxim̃ z gl̃ia: q; se nouit eẽ ꝺnos di cui q̃dẽ seruire regnare ẽ. ꝺm Aug. z Greg. Sic̃ z videm⁹ milites gl̃iari de eo q̃ q̃dẽ eoz sũt serui ꝓpotẽtioris regis z accepti. vñ dña i ỏo gl̃iando dic̃. Magnificat anĩa mea dñm. s. meũ cui⁹ suz ancilla p̃electa. Nimiz. vt dicit ũij. li. etbico, Qualis vnusq̃sq; ẽ talia dicit z opať z taliť viuit: q; ex abũdantia cordis os loq̃ť Math. xij. Et q; btã ꝑgo B sp desiderabat vt mereretť fieri ancilla dei. z ei⁹ filio deseruire quẽ nouerat ex sc̃pturis i carnẽ vẽturũ, B sp oriõibꝫ flagitabat vt etiã ferunt hũstorie, z iõ nimiz q; mox cũ fidẽ dedit angelo ait. Ecce ancilla dñi. s. qỏ sp optaui, et nũc etiã gr̃as deo agens id replicare videť di. Magnificat aĩa mea dñm: cui⁹ suz ancilla. O felix marie desideriũ: qỏ tã efficaciť est p toti⁹ mũdi salute ipletũ. O felix q̃q; aĩa q̃ seruire toto corde desiderat xp̃o. ¶ Sz circa lr̃am hãc q̃ri p̃t tria p̃cipua. Prima q̃stio: vtrũ btã maria ꝓgrue sic̃ incepit suã laudatiõnẽ p xp̃i incarnatõe ex ea facta vt diceret magnificat. Nã miz ẽ q̃re nõ dixit Laudat vel bñdicit aut gr̃as agit z gl̃ificat aĩa mea dñm cũ bñ hec oĩa z singl̃a dicere potuit. Ad B ptin⁹ rñdeť q; ipsa nõ a se sz a spũsctõ hec ꝑba ptulit: q̃ spũsctus notanter voluit inchoare B ꝑbo magnificat z nll̃o alio, q; ỏ maximis beneficijs deũ laudabat maria, i. de bñficio incarnatõis diuĩe. Idcirco magnificat qỏ sonat laudis magnitudinẽ dice

re debuit ꝛ dixit, vñ Amb. sup Lu. Magnificat anīa mea. q. d. Tāto et tā inaudito munere dñs me sublimauit q̄ lingua explicare nō sufficit. Sz totū anī affectū in agendis et laudib⁹ offero: ꝛ in eius magnitudie ꝓtēplando gratulāter impēdo: iō magnificat anīa mea dñm. ¶ Scda q̄stio q̄re addidit anīa mea: ꝛ nō dixit. Magnifico dñm. ¶ Rñdet q̄ b̄ spūssctūs voluit vt doceamur nos de bñficijs anīe q̄ sūt potiora q̄z corpalia sicut ꝛ anīa potior oīi corpe: vt dic̄ August. deū magis laudare. Et q̄ bñficiū diuine incarnatōis ꝑncipali⁹ est ad salutē aiarū q̄z corpoꝝ, iō inseruit anīa mea. ¶ Tercia q̄stio cur nō dixit magnificat aīa mea deū vl̄ sponsum patrē vel filiū: q̄zuis q̄libet horū dicere potuisset. ¶ Rñdet ſm Anthoninum florentīn. in sūma sua q̄ hoc voluit spūssctūs. ¶ Primo vt deū gl̄iosum cū timore reuerēdum intēdat: q̄ initiū sapie timor dñi: vt ait ps. Li dñs aūt timorē reuerētialē includit. iuxta illud Malach. j. Si ego dñs vbi ē timor me⁹. ¶ Scdo vt oī via b. ꝙgo ꝑpas laudes fugiat ꝛ tm̄ diuias intēdat. Si em̄ dixisset: spōsum multū se laudasset. sil̄iter si dixisset patrē vel filiū: eque laudis esset, si dixisset deum: suā hūilitatē ancillarē tacuisset. ꝛ iō dicendo dñm q̄d est relatiuū ad ancillaz se humilē ancillā dei, pfiteť: q̄m⁹ ꝛ nos doceat q̄ in hūilitate nr̄a placēt deo obseq̄a et laudes: vt oīa bona ī nob⁹ deo attribuam⁹.

¶ Capitulum. II.

Scūda stella dicit diuīa dulcificatio, ꝓt quā ipa btā ꝙgo diuīa dulcedine plenissima gaudēs gl̄iat ꝛ dic̄. Exultauit spūs me⁹ ī deo salutari meo. glo. id ē in filio saluatore meo. cui⁹ diuīa dulcedine spūs tāta abūdo plenitudine: vt spūs me⁹ exultet, i. extra seipam in extasim saltet ī deū tē, ꝛ iō ꝑ tāto dono grās ago. ¶ Sz b̄ ꝑmo q̄rit q̄re pot⁹ dixit exultauit in ꝑterito q̄z exultat ī pñti cū nō lōge antea ꝓcepit xp̄z saluatorē in vtero. Ad b̄ rñdet notādo q̄ beata maria ī deo saluatore. i. xp̄o tripl̄r exultauit. Primo añ xp̄i ꝓceptōez exultauit ī fide ꝛ spe. q̄ firmit̄ credidit ꝛ spauit xp̄z redēptorē in carne vēturū. sic ꝛ de Abraā scribit̄ hoc mō exultasse Joh. viij. Abraā pr̄ vester exultauit vt videret diē meū ꝙ credidit ꝛ spauit. Jō dr: vidit, s. fide ꝛ deo reuelāte ꝛ gauisus est tē. Scdo exultauit maria ī borā ꝓceptionis xp̄i q̄n gaudiū summū de b̄ habuit vt patuit ꝓte ꝑcedēti. Tercio exultauit p⁹ cōceptionē xp̄i q̄ expiebať ꝓtinue deū in se manētē tota plenitudie ꝛ miro mō spūsctūm cōsolantē. Notāter ḡ dixit exultauit: vt significet q̄ a ꝑncipio sue ꝓceptōis in vtero mr̄is sctē Anne, s. sp in cognitiōe xp̄i exultauit mlto magʒ q̄z Johes baptista in vtero ꝛ iā xp̄m vtero portare cepat añ aliq̄t dies q̄usq̄ puenerat ad domū Zacharie a die conceptiōis iter agēdo, ꝛ iō dixit: exultauit, q̄ iā añ ꝓceperat. ¶ Scda q̄stio h⁹ occasione, nūq̄d maria sciuit antea q̄z ꝓcepit xp̄z de se forē incarnādū ꝛ iō exultauit ī xp̄o. ¶ Rñdet q̄ licz q̄dē sciuit q̄ dei fili⁹ debuit incarnari: multo magis q̄z b̄ nouit q̄z ꝙphe: tñ ex hūilitate nō ꝑsūpsit nec putauit se eē illā ꝙginē de q̄ xp̄s deberet ꝓcipi donec angel⁹ nūciauit. ¶ Tercia q̄stio q̄re dixit salutari meo cuz xp̄s esset saluator etiā alioꝝ. Rñdet ſm Ly. q̄ b̄ dixit rōne assūpte hūanitatis ex ea. q̄ sic fuit tm̄ ipi⁹ ꝙginis, vñ exultauit spūs. ¶ La. III.

Tercia stella dr deo chara dilectō q̄ respexit ināt hūilitatē, respexit, i. acceptauit ꝛ amauit. q̄ vbi amor ibi ocul⁹ ſm Aug. ¶ Sz q̄re dixit hūilitatē nō ꝙginitatē vl̄ alias ꝙtutes. Rñdet ſm Ly. q̄ licz maria fuerit oīb⁹ ꝙtutib⁹ deo chara ꝛ electa vt eēt mr̄ filij di: tñ specialit̄ b̄ fuit ex hūilitate Ber. Audeo dicere q̄ nec marie ꝙginitas placuisset deo sine hūilitate. Vnde ī sermone de assūptōe Aug. O btā hūilitas marie q̄ deū hoīb⁹ pepit: vitā mortalib⁹ edidit: padisuz aquit: ꝛ hoīm aīas lib̄auit. Vñ ponit̄ ꝑ ista stella hec ꝓclusio. Pl⁹ amauit de⁹ hāc vnā puellā q̄z oēs angelos ꝛ sctōs ac totā mūdi machinā. Probať ex triplici rōe tā q̄z ex trib⁹ signis dilectōis ꝛ acceptatōis.

¶ Primo rōne donationis.
¶ Scdo rōne ꝓuersationis.
¶ Tercio rōne impetratōis.

Prio ex rōne vl̄ sig donatōis. q̄m ſm dñm Bonauē. sup. iij. sentē. di. xxxij. de⁹ dr diligere aliquē magʒ q̄z alterz rōne effect⁹ vel cōicatōis boni maioris. Cui ꝓcordat ꝙbū Aristo. ix. ethico. dicēs. q̄ amor vl̄ amicicia ꝙfundať ī benivolētia. i. in bonū velle alicui. Sz q̄ de⁹ tā excellētissimū bonū ꝛ donū voluit ꝛ dit b. ꝙgini q̄d nlli nec oīb⁹ sil̄ ꝓcessit vicz q̄ essz mr̄ dei q̄ nūl maiꝝ creature donari ꝑt. Vñ Anſ. de ꝓcep. ꝙgi. ca. xviij. Quid

excellēti⁹ illi dare valeret q̄s in ꝑpetua ỽginitate manēs deū de sua carne carnē factū generaret. Dec ille, ꝙ eam pl⁹ dilexit. ¶ Scdo rōne vel ex signo ꝓuersatōis qm̄ ſm eundē Bonauē, vbi supꝝ. Signū dilectōis diuine est familiar⁹ ꝓuersatio. Hā dicit phs. ix. li. ethico, Actus amicicie ē ꝓsolatio i amici visiōe z colloq̄o ac ꝓuersatōe. Sz nō est aliquis angelo⁹ nō aliq̄s sctō⁹ nō tot⁹ mūd⁹ cui de⁹ tāta familiaritate suā ꝓuersatiōnē exhibuit sicut ỽgini, cui se dedit nō tantū sicut ceteris in deū z dñm: sz specialit in filiū cui⁹ vberib⁹ fuit alit⁹: cui⁹ manib⁹ portat⁹ z sepiſſime ꝑ voto amplexat⁹ z osculat⁹, de cui⁹ sāguinis portiōe carnis substātiā assumpſit z indissolubilit sibi vniuit: z sic de alijs, ꝙ sequitur q̄ eā sūme dilexit, vt de ea verificet illud Sap. viij. Hāc amaui inq̄t de⁹ z q̄siui mihi spōsaz assumere eā z amator factus⁹ sum formē illi⁹, generositatē e⁹ glorificat. ꝓtuberniū habēs dei z oīm dñs dilexit illam. Tercio ostēdit ex rōne vel signo impetratōis, tantū cm̄ eā deus dilexit vt ipa in oī petitōe a deo plus valeat impetrare q̄s oēs scī z angeli ac tota eccl'ia mūdi, q⁹ ei nil phas est negare q̄ tāq̄m mr̄ pōt deo imperare et nō tātū supplicare sicut ceteri. Unī. iij. Reg. ij. ca. Pete mat qđ vis neq̄ em̄ phas ē aliq̄d tibi denegare Unī Anſ. de ꝓceptōe btē ỽginis. ca. xv. dic Scim⁹ inq̄t btām Mariā tanti meriti esse apud deū: vt nihil eoz q̄ velit efficere possit aliq̄tin⁹ effectu careret qđ est signū magne dilectōis, qm̄ ſm Tullīū z Hiero. Amicorū est idē velle et idē nolle. ¶ Ad ꝟ ptinet miraculū qđ ferūt histozie, Quidā em̄ cum denotus esset btē virgini z multa enormia cōmisisset crimīa: ecclesiā intrās visa imagine btē virginis ait, O dña si te inuocarē inuanū laborarē quia cū sim peccator maximus⁹ scio q⁹ nō exaudies sed ꝓtemnis: me em̄ q̄si dānatū reputo: nec ꝑ te posse adiuuari: cūq̄ sic auertisset se vt exiret desperatus: statim bñdicta virgo mater miſcōie allocuta est: z ait. Cōfide in me q⁹ etiā si in ꝑfundo inferni esses damnat⁹ in eternū: valerē tui misereri: nil em̄ est qđ mihi filius possit denegare. vñ ille ꝓfortatus veniā petijt z sancte viuēs deuotius virgini deseruiuit. O igit fidelis aīa aduerte quātū deus btām ỽginē diligat q̄ntūue eius oratio apud deū valeat: et sup ac inter oēs sctōs ipaz in patronā elige tibi que potest suffragari.

¶ Capitulum. iiij.

Quarta stella dicit btificatō, vñ subdit, Ecce eniz ex ꝟ btām me dicent Beda Cui⁹ inq̄t būllitas a deo taz grate relpicit recte btā ab oīb⁹ cognomīat. Dec ille, Merito q̄dem btā virgo ab oīb⁹ btā ꝓdicat: q⁹ ipa ꝓcepit portauit et genuit btitudinis autorē. Sz q̄rit quō hec Marie ꝓphetia verificet cū videam⁹ plīmas generatōes nō dicere eā btāz: sz pot⁹ blasphemare: vt ptz in iudeis: in hereticis: in infidelib⁹ et paganis. ¶ Ad ꝟ breuiter rñdet ſm Alco. de ly. z cōiter alios expositores doctores: q⁹ in ꝟ dicto nō est distributio intelligēda ꝑ singulis generꝫ: sz ꝑ generib⁹ singuloꝝ: q⁹ ex oīb⁹ generatiōib⁹ aliq̄ sunt ꝓuersi ad fidē q̄ ꝓfitent istā virginē btām. ¶ Nota etiā q⁹ tria sūt genera nationū ꝓncipalia sicut et tres in toto mūdo sunt sectarum ꝓncipales varietates.

¶ Prima iudeoꝝ.

¶ Scda machometistarum.

¶ Tercia christianoꝝ.

Prima est natio iudeoꝝz ista btificat: q⁹ de ea ꝑ ꝓphetas sctōs ꝓconia bona ꝓfert. z etiā q⁹ ſm Bonauē, sup. iij. di. iij. q. ij. ar. iij. Infideles q̄dā iudei asserūt ꝟ mirū fuisse i maria q⁹ cū esset pulcherrima a nullo vnq̄s viro fuit ꝓcupita et ꝑ ꝓsequēs ipa nūq̄s virginitatē amisit in q̄ dei filī⁹ bītauit, ꝟ testimoniū infideliū vilipēdendū nō est, oportet em̄ te stimoniū haberi ab his q̄ foris sūt. ¶ Secūda est natio machometistaꝝ credētiuz: vt sunt thurci: saraceni: agareni: ethiopes z similes. Isti etiā btām dicūt Mariā cū bona vtiq̄s sc̄pta in suis libris habeāt de ea sic testat Alco. de ly. sup ꝟ passu. Hā in alcho rano, i. in libro legis saracenoꝝ in. iij. zoza in iij. donario ei⁹ talit sc̄ptū est. Dixerūt angeli, o maria vtiq̄s de⁹ elegit te et purificauit te et vtiq̄s elegit te clarā sup oēs mlieres seculoꝝ. Itē ibidē donario. v. dixerūt angeli, o maria vtiq̄s de⁹ annūciat ỽbū ex ipo: nomē ei⁹ yseben, mariā. i. iesus filī⁹ marie z erit honorabil in ꝟ secl'o atq̄ i alio z alloq̄t hoīes Itē in libris autēticis apud saracenos q̄rus vn⁹ vocat abbokari alter ꝙ mozlim dixit Ebi bozayza socius sc̄z machometi q⁹ audiuit machometū dicentez. Nullus nascitur de filijs Adam quem non tangat sathan: z

ideo plorat vociferās ex tactu sathan preter Mariā z filium ei⁹. Jtē dixit idem Ebi machometū dixisse. Multi pfecti fuerūt ex hominib⁹. nulla ꝑo fuit pfecta ex mulieribꝫ nisi Maria mater yse id est ihesu. Fertur q̄z q̄ cunq; ex saracenis publice blasphemauerit nomē ꝓginis Marie lapidibꝫ cōtundeꝝ os eius ꝑm leges coꝝ. Ecce ptz quō a paganis btificaꝝ Maria. ¶ Tercīū gen⁹ nationū est xp̄ianoꝝ qui oēs eam sctām z beataz dicūt. Et certe erubescat mal⁹ xp̄ian⁹ q̄ beate virgini laudes dicere recusat: quā etiā pagani vt ꝑmissuz est laudāt. vtiq; o btissima virgo Maria vez est qō de te canit ecclesia Felix inq̄t es sacra ꝓgo Maria z oīm laude digniſſima: qz ex te ort⁹ est sol iustīcie xp̄s deus noster. Ecce ḡ te oēs btām dicim⁹.

¶ Capitulum. V.

Quinta stella in ordine z ꝑma secūdi q̄ternarij dicit mirificatio: vñ ait Quia fecit mihi magna q̄ potēs est id ē opatus est in me mirabilia ꝓ suā potentiā infinitā Theophil⁹. Vere magna mira z maxima de⁹ opatus ē in Maria: cū eaz a peccatis ꝑseruauit: cū eā sctificauit: cū filiū dei ex ea nasci voluit: z būanū gen⁹ ꝓ ipam repauit. Cū ꝓo pepit virgo ꝑmānsit: z hec iō quia potens ē q̄m null⁹ alius potuit hec facere. ¶ Circa hāc stellam ponit ista ꝯclusio. In oibus opibus a ꝓncipio mūdi factī mirū maximū qō de⁹ fecit in toto mūdo z facere potuit ē h̄ qō in Maria fecit. ꝓbat tripl'r

¶ Primo autoritate.
¶ Secundo ratione.
¶ Tercio exemplificatione.

His ꝓmiſſis videduz eſt ſcdo quid ē peccatum originale in nobis. Ubi ſm̃ Frãciſcũ maro, ac doctoꝛes ſuper. ij. diſt. xxxij. plures ponent veritates. Prima veritas qꝫ pctm̃ originale nõ eſt alĩ qua mala actio hoĩs ſicut cetera peccata quia quuli habẽt peccatũ originale: iuxta illud ꝑs. Ecce enĩ in iniq̃tatib⁹ ꝯceptus ſum z̃ẽ, et tñ nõdũ aliq̃d mali vel boni agere potuerũt. ¶ Secũda veritas qꝫ pctm̃ originale nõ eſt ꝯcubitus patris et matris vel viri et mulieris, q̃a ſi in cõcubitu pctm̃ cõmittatur: illud eſt actuale pctm̃ ipſoꝝ, ſ. viri z mulieris, nec ꝓpter hoc puer punitur eterna pena: ſed puniunt q̃ male egerũt in ipſo. Haz ſi aĩa pueri crearet plena gr̃a z originali iuſticia: oẽs mũdi cõcubitus nõ eſſent cauſa deturpatõis talis anĩe, verũtñ mediũ ꝑ qõ cõtrahit tale pctm̃ eſt ꝯcubitus viri z mulieris: qꝛ eſt mediũ ꝯceptõis humane, ſz hoc eſt mediũ ꝯtractõis pctĩ originalis remotũ et cã ſine q̃ non. Mediũ aũt ꝓpinquũ eſt exunione aĩe cũ coꝛpe z̃ẽ. ¶ Tercia ꝓpoſitio. peccatum originale nõ eſt in carne infectio morbida, qꝛ nullũ pctm̃ põt eſſe in carne ſic̃ nec iuſticia: vt declarat Anſhelmꝰ de cõceptu virginali, et etiã: qꝛ cum aĩa intellectiua nõ ſit educta de potẽtia materie ſed a deo ĩmediate creata ſpũalis: nõ põt inficiꝛ a carne infecta, qꝛ nõ eſt ſuſceptibilis q̃litatũ coꝛpaliũm, vñ caro infecta nõ priuat aĩam tali iuſticia originali: ſed ipa lex diuina q̃ omẽs filios Adã poſt pctm̃ artat z̃ẽ. ¶ Quarta veritas qꝫ pctm̃ originale nõ eſt rebellio ſenſuum ꝯtra rõnez: nec eſt reatus ad penã dãni ſeu obligatio, qꝛ talia nõ ſunt pctm̃ formaliter originale: ſed ſequela eius. ¶ Quinta veritas, pctm̃ originale nõ eſt appetitus ſiue inclinatio mediãte q̃ aĩa deſiderat vniri coꝛpoꝛi infecto, nec eſt formaliꝛ ipſa vnio aĩe ad coꝛpus, quia cum talis inclinatio ſit aĩe naturalis nõ poſſz amoueri ꝑ paſſionẽ ꝛpi niſi aĩa intellectiua deſtructa, vel ſi eſſet illa

vnio aīe ad corpus nō posſ amoueri p xpi passionē nisi pus aīa dissolueret a corpe, et tñ manēte ista vnione z inclinatōe diuitur pctm originale p passionē xpi. ¶ Septa veritas q pctm originale formalr no est quid positiuū, vñ nō est habitus corrupt⁹ vt aliq fingunt, licet qñq ipm doctores nominent talib⁹ q̄ sonāt positiuum vt cōcupiscētia fomes: feditas z silia. Talia em̄ dicunt de eo nō formalr sed p cōpationē ad aliqd. C Rō hui⁹ veritatis, qa si esset qd positiuū debere tur ei pena positiua z nō tm̄ puatiua vl dāni qō est falsum. ¶ Itē oē positiuū est effectiue a deo vt ab oīb⁹ concedit. Aut g de⁹ tale positiuū ad pctm originale ptinens, producit imediate, z sic esset cā mali se solo et obliqtatis vicioſe q̄ est in pctō originali, aut producit secūda causa concurrēte, ibi aūt nil occurrit, nō primus parēs qz ille non est in re nec, primus parēs eadē rōne: nec ipse ostrabēs originale, qz sic potl⁹ diceret actuale. ¶ Itē qa habitus corrupt⁹ eadē fomes z q̄litas morbida: quō cūq noiet: stat cū gra p⁹ baptismuz pctm autē originale nō. ¶ Septima ꝓpitas q sicut diffinitū est par. j. hui⁹ li. ar. ij. ca. iij. peccatum originale in nobis formalr non est aliud q̄ pura carētia originalr iusticie debite in primis parētib⁹: amisse ex trāsgressiōe legis deriuata in oēs naturalr ꝓpagatos z cū Uñ carētia originalis iusticie cū debito babēdi eā est pctm originale: ita q debitū babendi est formale ibi. ¶ Capm. III.

Tercio videndum est qualr maculat vel inficit aīa p pctm originale. Nā circa boc occurrūt obstacula q̄ vident impedire ne ostrahat pctm origiale, et iō Aug⁹. valde disputat in bac materia. Naz ania pueri nō est ꝓpagata a patre vel matre pueri sic caro: cum sit supnaturalis forma: nec est de corpe educta sicut alie forme: cuz sit sepabilis, sed ea a solo deo creata sicut angeli, ideo nō videt quō contrabat aīa a sua origine aliquā maculā sicut nec angelus. ¶ Ad qō respōdet sm Fran. maro. q licz aīa rōnalis nō sit a parētib⁹ vl carne causaliter tñ bene est occasionalr. Et ideo sicut clericus quātūcunq regularis a se: efficit irregularis si ostrabat matrimoniū cū mliere corrupta, extra de bigamis, c. nup. z. c. vl. Sic spūs nr qñ desponsat sibi carnē in adā corruptam. ista aūt desponsatio est per naturalez vnionis ipsius ꝓsensum. ¶ Sed orit difficultas. quia aīa talem ꝓsensum z mrimonium vitare nō pōt. Ad qō dicit q ideo ñ punit pena positiua: sz tm̄ puatiua. sicut iudex iuste iudicās: iuste bāc puatiuā penā incurrit q efficit irregularis: nec punit pena positiua. Hec Fran. maro. ¶ Sz forte dicis. Ego nō capio q aīa nostra inficiat z maculet originali pctō qō ostraberemus a pentibus maxie baptisatis, qz nibil dat alteri qō nō babet ipse, sic dicit phs. j. Elen. Sz parentes mūdati in baptismo nō bñt originale. ¶ Ad qō rñdet q sicut di. Augu. de fide ad Petrū. Firmissime tenendū est q libet filioz Adā naturalr ꝓpagat⁹ in pctō originali cōcipit: sicut multe docent autoritates Uñ ps. Ecce em̄ in iniqtatib⁹ ocept⁹ sum: z in pctis ocepit me mr mea. z apls Ephe. ij. Eramus natura oēs filij ire. Et itez. Sicut in adā oēs moriunt: ita z in xpo oēs viuificabunt. j. Coz. xv. Itē Ro. v. Uni⁹ delicto multi mortui sunt zc. ¶ Ad illud ꝓo qō obijcit de parētib⁹ q mūdati sunt in baptismo quō imūdos filios generāt. Rñdet sm doc. ꝓcipue lyrā sup epl'am ad Ro. v. q exq parētes nō generāt filios sm esse gre vt sūt mēbra xpi, sed generāt sm esse nature corrupte in q̄ sūt mēbra ade. z qa generās hmōi generat sibi sile. iō adā generauit sibi siles i esse nature destitute originali iusticia cū debito habēdi eam. Et eadē ratione oēs posteri generāt sibi similes cum tali defectu, quia descēdimus ab adā sm carnē, z sic pctm originale, puenit ex carne causalr: licet sit in aīa subiectiue z formalr: nec infligit a parentib⁹ sed a iure diuino regulante vt infra dicetur. ¶ Ad id cape exēpla. Nā videmus q granū frumēti licet sit mūdatum a palea tñ si seminat in terra, producit nō sine palea granuz ita in, posito. Item in humana genealogia ignobilis generat ignobilē nisi postea tal p ulegio ꝓncipis nobilis fiat, sic generati ab adā q̄ pdidit nobilitatē iusticie scz originalis nascunt cuz defectu hmōi ignobilitatis nisi postea a deo nobilitent p baptismi gratiā ad ꝓsequendā hereditatē celestem. ¶ Respōdetur sm Fran. maro, ꝓueniētior sit'itudo est ista. Sit ciuitas aut, pgenies obligata tributis vel seruitio ꝓpter pctm alicuius parētis eoz: tūc oēs filij eoz isto mō nascūtur obligati vel serui. Et si dñs vl rex illi⁹ ci

l

uitatis cōcedat ꝑuilegiū tale et dicat. Quēcūq; assc̄ripsero militie mee efficiaꝫ liber ip se tm̄:ita q̄ filios q̄s ꝓcreabit remaneant in ꝑstina seruitute vel obligatōe tributi:nisi et ipsi aliq̄n ascriberēt ad militiā meaz. Sic q̄libet hō nascit̄ seruꝰ pctī et obligatus nisi ascribaꝫ militie celestis regis in baptismo ī ꝓꝑia ꝑsona.ꝛ sic patet q̄ nō sufficit si baptizati sunt parentes ab originali ꝛc.

¶ Capitulum.IIII.

Quarta cōsideratio a quo infligitur pctm̄ originale. ¶ Ad q̄d rn̄deꝫ p q̄tuoꝛ veritates ꝑcipuas ꝝ Fran. maro.ꝛ cōiter doctoꝛes. ¶ Prima est q̄ peccatū originale nō infligit̄ a deo aiam creante. Ratio: q̄a oīs creatura dei bona est ꝝ aplm.j.Thimo.iiij. Itē dei filiꝰ oīe q̄d in nostra natura plātauit assumpsit.vt ꝺr in.ij. dist.xv. Sed nō assūpsit originale pctm̄ sequit̄ ḡ nō inesse nobis a deo. Hec veritas ꝝ Bonauē.sup.ij.dist.xxxij.intelligēda ē de originali pctō q̄tum ad culpā. Haz de originali pctō dupl'r loq̄ possumus. Uno mō q̄ est culpa.ꝛ sic a deo esse nō pōt: cum ipse nō possit esse causa mali vel pctī inq̄tū tale. Alio modo ꝝ originale peccatum est pena:ꝛ sic ad culpaz p̄cedentē ordinat̄ et cām ꝓmerēdi habet.ex inobedictia em̄ homo talē penam demeret̄.et sic a deo est q̄ ex iustitia sua ad illud ordinat. Hec Bonauē. Hec etiā veritas declarat̄ ꝑ exēplū. Nā cōtrahēs cū corrupta efficit̄ irregl'aꝛ.extra ꝺ bigamis.nup. Et huius irregl'aritat̄ cā nō est ipe sacerdos eos copulās de ꝓsensu vtriusq; sed lex data in iure. Sic nec deꝰ despōsans vel copulās aiam carni de ꝓsensu vtriusq; naturali erit cā irregularitatis originalis pctī. ¶ Scōa veritas est q̄ pctm̄ originale nō infligit̄ a pr̄e vel mr̄e q̄a ipsi mundati sunt in baptismo a peccato originali: ꝛ ideo non dant quod non habent ꝓmo ꝛ secundo Elencoꝝ. Itē freq̄nter cōtingit q̄ pr̄ mortuꝰ est anteq̄ filius cōtrahit originale pctm̄ formaliꝫ. Nā ꝓtrahit̄ in tpe aniatōis que in viris fit.xl.die ꝝ Aug. ꝛ pōt esse q̄ ante.xl.diē cōceptōis pueri pr̄ moriaꝫ.seq̄tur ḡ q̄ nō est a patre. ¶ Tercia veritas q̄ pctm̄ originale nō infligit̄ a carne:sicut corpus inquinaꝫ a sordido vestimēto. q̄a sicut solis radius nullum inq̄namentū a rebus corpalib; recipe potest:multo minꝰ lux spiritualis ab aliquo corpore.i. ania nostra a carne infici valet. ¶ Quarta veritas affirmatiua q̄ peccatū originale infligit̄ ab ipso iure regulāte ꝛ diuina lege artāte. Hic enim q̄ nascit̄ ex thoro illegitimo incurrit notam irregularitatis ne possit assumi ad ordines clericoꝝ nisi cum eo dispensēt̄.vt patet dist. lvj.Cenomanēsem.ꝛ extra Qui filij sūt legitimi.c.q̄ venerabilē. Et de excessib; platorū.inter dilectos. Sic lege diuia artāte:oīs q̄ nascit̄ ex carne in adam adulterata cōtrahit notā culpe originalis ne possit assumi ad ordinē angeloꝝ:nisi cum eo dispēsēt̄ scz per baptismū fluminis:flamis vel sanguis. q̄a p quodlibet baptisma ꝑdictoꝝ diluit̄ originale peccatum. ¶ Capitulum.V.

Quinta ꝓsideratio qñ ꝓtrahit̄ pctm̄ originale. Et rn̄deꝫ q̄ in instāti conceptionis humane.iuxta illud p̄s. Ecce em̄ in iniq̄tatib; cōceptus sum. Sed circa hoc Nota ꝝ mgr̄m in.ij.dist.xxxj.q̄ dupl'r accipit̄ hoīs cōceptio. ¶ Primo pro ipsa carnis ꝓpagatōe quādo.s. embrio cōcipit̄ vsq; ad infusiōez aīe exclusiue. Alio mō ꝓ ipsa animatōe .i. quādo aīa infunditur et corpi vnit̄. Itaq; cū dicit̄ q̄ pctm̄ originale ꝓtrahit̄ in ꝑmo instanti cōceptōis nō est intelligendū de instanti ꝓpagatōnis carnis quia tunc scz ante animatōem nōdū est ibi originale peccatū.q̄a peccatū nō habet esse nisi in supiori parte rōnis vt infra dicet̄.sed intelligēdū est de instāti aiatōis. ¶ Ca. VI.

Sexta igit̄ ꝓsideratio vbi habet esse peccatū originale. Ad q̄d respondeꝫ q̄ ꝝ Fran.maro. ꝑ plures veritates. ¶ Prima est q̄ pctm̄ originale nō habet esse in carne tanq̄ infectio morbida. q̄a pctm̄ omne est spūale ꝛ nō corpale. Uñ sic nec iustitia pōt esse ī carne sola:ita nec peccatū.iuxta illud Anselmi de ꝓceptu ꝙgiali. Caro p se malū nescit caro p se mortua q̄escit. ¶ Si dicas:tm̄ mgr̄ in.ij.dist.xxxj.dicit peccatū manere in carne. ¶ Rn̄deꝫ q̄ peccatū originale ꝺr esse vl' manere in carne solum ꝝ causam:non q̄ caro culpam per se habeat vel actuz culpe. sed quia habet causam culpe originalis. Nam qñ caro concipitur ꝝ legem cōmunē ex libidinosa cōcupiscentia pollutionē quandam cōtrahit q̄ vitium seu corruptio carnis appellaꝫ.et sic cum aīa infundit̄ tali carni corrupte pec-

catum originale cõtrahit ꝛ maculatur: non quidẽ a carne inq̃nante ꝓ qualitatẽ morbidam eo mõ quo inq̃nat corp⁹ a sordido vestimẽto, vt dictũ est q̃rta ꝓsideratõe, sed maculat aiã ꝛ ꝓtrahit originale peccatum ab ipso iure regulãte: nõ nisi mediante carne ꝓ tãto q̃a vnit carni in adaz corrupte: et quia fm carnem est filius ade ob qõ est debitor originalis iusticie vt notat Scot⁹ vbi sup̃.

¶ Secũda veritas q̃ pctm̃ originale habet esse in supiori parte aĩe rationalis et nõ inferiori: nec in aĩa sensitiua. Ratio, quia in eodẽ est reatus ad penã ꝛ ipsa pena. Pena autẽ dãni est in portiõe supiori: vbi esse habet gl̃ia btitudinis: cuius carẽtia vel ꝑuatio est ipsa pena damni: q̃niã ꝑuatiua habent fieri circa idẽ subiectũ, vt dicit Aresto. ij. ꝑiar. ¶ Tercia veritas q̃ pctm̃ originale est in volũtate et nõ in intellectu, q̃ iusticia ꝛ iniusticia habent fieri circa idem subiectũ, sed iusticia est in volũtate et oẽ peccatum est aliq̃ iniusticia. igit̃ ꝛc. hãc deductõem facit Anselm⁹, ꝛ sic patet q̃ pctm̃ originale est in supiori ꝑte rationis ꝛ in volũtate vbi habet esse meritũ vel demeritũ pena vl̃ gloria.

Capitulum. VII.

Septima ꝓsideratio, q̃ sunt illi q̃ cõtrabũt peccatum originale. ¶ Ꝓo q̃ notãdũ q̃ sicut declarat egregi⁹ doctor Johes de Segobio in editioue ꝓclij Basilieñ. tria req̃runt ad hoc vt q̃s originale peccatũ ꝓtrahat.

¶ Primo parentũ trãsgressor⁹ generatio.

¶ Secũdo naturalis ab eisdẽ ꝓpagatio.

¶ Tercio diuini decreti coartatio.

Primo inquã requirit̃ vt talis ꝑ generationem descẽdat a parẽtib⁹ trãsgressoribꝫ contra legẽ a deo datã homini. Nã si parẽs noster Adã nõ fuisset trãsgressus ꝓceptũ dei ꝺ ligno vetito: nos filij eius nõ ꝓtraxissemus originale peccatũ: qõ deriuatũ est in nos ex actuali pctõ ꝑmi parẽtis vt in diffinitione originalis peccati supra tactũ est. Itẽ si deus denuo formaret vnũ hoiem: nõ de carne ꝓmor⁹ parẽtũ nostror⁹ sed aliũde: talis esset sine originali, ꝛ fm doctri. Sco. sup. ij. disti. xxxij. Si adã nõ peccasset ꝛ postea cayn ei⁹ fili⁹ natus peccasset: solũ posteri vl̃ filij a cayn nati cõtraxissent originale pctm̃: deriuatum in eos ex peccato actuali parẽtis ipsorum scz cayn. Filij ꝓ adam alij nõ ꝓtraxissent. ¶ Secũdo requirit̃ q̃ ab eisdẽ parẽtibus trãsgressoribꝫ naturaliter ꝓpageret, quia si quis ꝓpagaret ab adã supnaturali mõ nõ cõtraheret originale pctm̃, vt patet de christo q̃ licet ab adaz duxerit originẽ: tm̃ ex mõ sue generatõis nõ potuit cõtrahere peccatũ originale, eoq̃ nõ naturaliter est generatus sed ꝑ virtute spũssancti supnaturaliter de ꝑgine sine viro est natus ꝛ cõceptus. Vñ Leo papa in sermone de natiuitate dñi dicit. Solus inter filios hoim dñs noster iesus christus innocẽs nat⁹ est, q̃a solus sine carnali cõcupiscẽtia cõcept⁹ factus est hõ. Et ideo fm Sco. in tercio, dist. iij. Si christus fuisset purus homo ꝛ nõ deus: q̃a tm̃ miraculose natus est de virgine: nõ ꝓtraxisset originale peccatũ. ¶ Tercio req̃rit̃ q̃ talis naturaliter ꝓpagatus per diuinũ decretũ vl̃ sententiã arctet, q̃a si q̃s speciali ꝑuilegio a cõmuni lege vel decreto speciali gratia dei ꝑueniente vel ꝑseruãte exim̃at: nõ ꝓtrahit originale peccatũ. Et ꝓpter hoc fm nostros doctores licet beata virgo ex modo sue ꝓpagatiõnis habuisset vnde cõtraheret originale peccatum eo q̃ naturaliter ex Joachim et Anna sit ꝓpagata, tm̃ quia gr̃a dei in eius aiã cõcreata eã ꝑseruãte merito ꝑueniẽtis christi ipa lege nõ artabat̃ sed exẽpta erat: nõ cõtraxit pctm̃ originale. ¶ Unde ad q̃stũ respõdet̃: cũ scz q̃rit̃: q̃ sunt illi q̃ ꝓtrahũt peccatũ originale. Rñdet̃ fm Frã. maro, q̃ circa hoc q̃tuor leges ponunt̃. ¶ Prima lex cõmunis est eoꝝ oim naturaliter q̃ in vtero matris cõi lege ꝓpagati sunt ꝛ tales oĩes ꝓtrahunt. ¶ Secũda est lex specialis eoruz q̃ in vtero mr̃is sctificant̃ ꝛ tales ꝓtrahũt q̃dem in sua cõceptõe originale pctm̃, sed postea ꝑ diuinã gr̃am sanctificantẽ mũdant̃. ¶ Tercia est lex singularis: quãdo quis natus cõtraheret de se ꝛ ex modo ꝓpagatiõis: ꝑseruatur tamẽ singulari gratia ꝑueniẽte, sicut ponitur in matre dñi. ¶ Quarta est lex supnaturalis: quãdo q̃s nec cõtrahit nec nat⁹ est cõtrahere ex modo sue ꝓpagatiõis, sicut est christus de virgie natus. Idcirco dicit Augusti. sup̃ Johannẽ. et Leo papa vbi supra Ipse solus inter filios hoim fuit agn⁹ q̃ solus innocẽs natus est, scz ex modo sue generatõis, q̃a solus supnaturaliter nat⁹ de virgine. nec ꝑ hãc autoritatẽ negat̃ quin beata virgo sit etiam innocẽs cõcepta per spe-

cialem gratiã preseruantẽ ꝛc. ¶ Et ꝑmissis omnib⁹ elucidari põt quõ potuerit cõcipi sine pctõ originali beata virgo: ꝛ quõ fuerit de facto ꝑseruata: nõ obstãte naturali ꝓpagatiõe, qõ claret si singulas causas ꝑmissaꝝ rum questionũ ꝛ ꝓsiderationũ pẽsamus.

Nã si aduertimus ꝓmo: vnde ortũ habuerit originale pctm̃ in nobis, ꝺa vicz ex peccato primoꝝ parentũ quo ꝓuati sum⁹ originali iusticia. Ex hoc plane accipi põt ꝙ ipa excipi potuit a dãnatõe illius peccati ꝑ gratiã specialẽ: sicut ꝛ exẽpta fuit a maledictiõe prime mulier̃ ſ. In dolore paries filios ꝛc. Itẽ licet ipsa caruerit originali iusticia potuit tñ habere ꝛ de facto habuit in ꝓmo instanti creatõis aĩe sue gratiã que equiualet q̃tum ad acceptationẽ diuinã originali iusticie: vt ꝑ hoc ꝙ ꝺs habet gratiã nõ insit ei originale pctm̃. sicut latius dictum est ꝓte, j huius libri, ar. ij. ca. iij. ¶ Itez si aduertim⁹ secũdam ꝓsiderationẽ scz ꝺd sit originale peccatũ in nobis. Dlr ꝛ terciã scz q̃liter inficitur aĩa ꝑ peccatũ originale Clarescit: qz speciali dei dono ꝛ priuilegio bñdicta virgo preseruari potuit: ꝛ de facto dispẽsari cũ ea maternus honor exigebat. ¶ Itẽ si aduertim⁹ quartã ꝓsiderationẽ em scz a quo infligit originale peccatũ: ꝺa nõ nisi a lege diuina: cũ deus nõ sit astrictus suis legib⁹, clarũ est: quia potuit eam eximere speciali priuilegio a cõmuni lege: qõ ꝛ fecit. ¶ Itẽ si pẽsamus quintam, ſ. quãdo ꝓtrahit originale peccatũ. ſ. ꝺa in instãti aniatõis. Eodem mõ ꝛ sextam scz vbi habet esse originale peccatũ: quia nõ in carne sed in superiori portiõe anĩe rationalis Clarere põt: ꝺa ex q̃ caro beate ꝙgis in conceptiõe antecz aĩata fuit originale peccatum nõ habuit nisi radicaliter ꝛ �sm causam: ꝓpter q̃to ex adam naturali mõ ꝓcepta fuit. et nõ �sm actũ vel effectũ: cum tunc nõdum ania creata fuit in qua originale esse habet. In instanti aũt aiatõis quõcũcz accipias originale peccatũ siue ꝑ infectõne cõtracta i aĩa ex vnione ad carnẽ seminatã per actum carnalis ꝓcupiscẽtie: siue ꝑ carẽtia originalis iusticie debẽtis ineſſe, ptunc ipi aĩe �sm Anſel. nullo modo ipsius aĩa originale pctm̃ contraxit, quia si ꝓmo modo accipiaꝝ peccatuz originale: deus potuit a tali infectõe carnẽ mũdare añ aniationẽ, iuxta illud Job. xxiij. Quis p̃t facere mũdũ de ĩmũdo cõceptũ semine: nõ. ꝛc. Et ꝺato ꝙ nõ mũdauerit: ania tamẽcz lux spũalis nõ ꝓtrahit sordes a corpe sicut a sordido vestimẽto. vt patuit ō. Dlr si accipiaꝝ originale pctm̃ secũdo mõ: potuit deus in instãti creatiõis aĩe cõcreare gratiam cũ illa aĩa: qõ et fecit vt esset gr̃a plena ꝛ tota pulcra ac amica ōi que ab eterno erat dilecta ꝛ electa: ꝛ sic animã in gr̃a existẽtem infundẽdo corpi. Et hoc mõ nõ fuit beata virgo debitrix originalis iusticie in conceptione vel aiatiõe. Habuit em̃ donũ eq̃ualẽs scz gr̃am. Hec ſm Scotũ sup. iij. di. iij. ¶ Denicz si aduertim⁹ cõsideratõez septimã scz q̃ cõtrahũt originale: ibidẽ dictũ est quia ipsa singulari lege priuilegiata fuit, qõ et põt tali rõne ꝑsuaderi, ꝺa beata virgo tenuit mediuz tamẽcz mediatrix iter xp̃m sub q̃ erat: et inter nos cões homines sup ꝙs erat Ordo igit ꝛ decor vniuersi req̃rebat: vt sic fuit in mũdo vna ꝑsona q̃ oĩno ĩmunis fuit ab originali pctõ tã carne q̃cz aĩa. scz christus. Et etiã erat ꝑsona q̃ vtroqz mõ hz originale pctm̃. scz oẽs cõiter homines. sic eẽt ꝑsona media. ſ. Maria que q̃dãmodo haberet originale pctm̃, ſ. in carne vel in causa ꝑpter naturalẽ modum ꝓpagatõis, ꝛ q̃dãmõ nõ haberet originale pctm̃, ſ. in anima vel in effectu. O itaqz felicissima maria ꝙgo mundissima in qua nulla est macula memẽto qz te deus elegit ab eterno vt sis mater purissima ꝛ bũani generis mediatrix ꝛ aduocata. Eya ergo o pissima dña vnica spes nostra tuo filio nos recõmẽda ꝛ illos tuos miseri cordes oculos ad nos cõuerte: ꝛ iesum bñdictũ vteri tui fructũ in celo nobis fruẽduz sine fine cõcede O clemẽs: o benignissima: o dulcissima maria: da nobis ꝑ tua merita vt q̃ te purã ab oĩi pctõ credim⁹: ꝑ te purificati a pctis: tecuz vna cum dulci Jesu tuo nato cõregnare valeamus.

¶ Articulus secundus de soluendis difficultatib⁹ circa hãc materiã occurrentib⁹.

Secũdum misterium dicit soluẽde difficultatis. Circa ꝑmissa nanqz septẽ precipue occurrunt difficultates q̃ꝝ aduersarij solent opponere ꝛ nituntꝝ ꝓbare ꝙ scz beata virgo fuerit cõcepta in peccato originali. Et istud nobis supest: vt videlicet ipsas difficultates soluamus: q̃bus solutis facillime

patebit resp̃sio ad oia que in cõtrariũ posſent argumẽta adduci.

¶ Prima difficultas de virgis sctificatõe.

¶ Secũda de virginis liberatione.

¶ Tercia de eius redemptione.

¶ Quarta de penarũ inflictione

¶ Quĩta ꝺ singl'ari xpi ꝓuilegio ⁊ honore.

¶ Sexta de ianue celestis clausione.

¶ Septia de ml'toꝝ sctoꝝ ꝯria assertiõe.

Prima nanq; difficultas occurrit de virginis bñdicte sctificatõe. Nam ipsa vere sctificata dicit in vtero materno Juxta illꝺ ps Sctificauit dñs tabernaculũ suũ.i. mariã Sed si beata virgo nullo pctõ fuit infecta nõ videt quõ ipsa dici valeat sctificata vel purgata. Sed hec difficultas soluit.ꝺa sepius in scriptura dicit aliquid esse sanctificatũ vel purgatũ: nõ ab aliq̃ preuia macula que inerutisset tali rei: cũ nullã infectionem habuerit. sicut exẽpligratia angeli boni dicunt sanctificati Esa.xliij. Hãdaui sctificatis meis.glo.i.sanctis angelis meis.⁊ tamẽ sine vllo pctõ. Item christus dicit sctificatus Joh.x. Quez pater sctificauit ⁊ misit in mũdũ: vos dicitis ꝺa blasphemas: ꝺa dixi filius dei sum: ⁊ tñ xps a nullo pctõ fuit mũdatus ꝺ nunq; potuit infici pctõ. Item angeli dicunt purgari. ꝺa fm Dionisiũ de angelica hierar. tres sunt act⁹ hierarchici. purgare: illumĩnare: ⁊ pficere. Deniq; sancti in glorificatiõe dicunt purgari Malachie.iij Purgabit filios leui quasi auruz: et colabit eos quasi aurũ ⁊ argentũ. ⁊ tñ cõstat in angelis bonis ⁊ etiã in sanctis glorificatis nullum esse pctm̃. Preterea ipsa bñdicta ego in verbi incarnatiõe dicit ꝑ fidem mũdata testimonio bti Anselmi de ꝯceptu virginali: ⁊ tñ tunc nullũ habuit inq̃namentũ. Ubñ Bern. sup cantica. ser. xxij. dicit Ulsitatũ est in scripturis sctificatões ꝑ mũdicia poni vl' cõtinẽtia. Nõ obstãte ergo boc maria dicit vere sctificata ⁊ purgata: nõ ꝺdem a labe q̃ infuit ꝑ aliꝺ instãs: sed q̃ infuisset nisi ꝑserua fuisset. Hec fm Fran. maro. ¶ Secũda difficultas de beate Marie liberatione Nam nõ liberat quis a peccato qõ nõ habet. Sed beata virgo ꝺz liberata ꝑ christuz vnacũ oib⁹ cõiter hoib⁹. Unde Leo papa in sermone de natiuitate dic. Saluatoꝝ nr̃ sicut ꝑ omnibus liberãdis venit: ita nullus liberum a reatu reperit. Item Aug⁹. Nemo liberat a massa peccati nisi in fide redẽptoris ⁊c. ¶ Hec difficultas soluit sicut prima. quia beata ego dicit liberata nõ a reatu qui infuerit: sed ꝺ infuisset si ꝑseruata nõ fuisset. Et q liberari dici valeat ꝺ preseruat ostendit ex scriptura. Nã ps. hoc mõ ozat liberari dicens. Eripe me de luto vt nõ infigar: libera me de ore leonis. Itẽ idem. Eruisti aiam meã ex inferno inferiori.i. ꝑseruasti. Cõstat em̃ ipm dauid nõ fuisse in inferno inferiori. scz dãnatoꝝ. Item Thobie. xij Elemosina a morte. i. eterna liberat.i. ꝑseruat. Item Prouer. xxiij. Noli subtrahere a puero disciplinã. si ꝑcusseris eum virga nõ morietur. Tu virga ꝑcuties eum ⁊ aniam ei⁹ de inferno liberabis. id est ꝑseruabis. Hz diceres: sequit ergo q supuacue fuerũt sanctificatões in virgine posite a doctoribꝰ: q̃niã quid morbidi vel imũdi emũdaret nõ erat. ¶ Respõdet q dicte sanctificationes nõ fuerunt vacue. Quãuis em̃ nõ erant ad fomitis ligationẽ: vt ꝺbusdam placet. neq; ad eius attenuationẽ: vt alijs libet. neq; ad totalẽ euacuationẽ vt plerisq; ferunt: tamen erãt ad virtutis instructões ⁊ venustatẽ oĩs boni: ad verbi dei cõceptionẽ: atq; ad meritoꝝ virginis ⁊ ꝓmioꝝ augmẽtatõem: vt ne q primã similẽ neq; parẽ sequẽtem haberet ¶ Tercia difficultas de redemptiõe. quia constat q beata virgo indiguit redẽptore ⁊ sicut ceteri sancti per christi passionem est redempta. Unde christus est redẽptor oĩm Ideo Remigi⁹ sup Heb. ix. Christus ꝑ ꝓprium sanguinẽ introiuit semel in sctã eterna redẽptõe inuẽta: dicit sic. Christi sanguine oẽs homines redempti sunt a seruitute: q̃ propter per peccatũ primi parẽtis capti tenebant. Si ergo Maria nõ fuit peccato capta quomõ potest dici redempta. qz Augustinus in epistola ad Optatũ de origine anime dicit sic. Redemptus dici nõ potest nisi qui vere ꝑ peccatum fuit ante captiu⁹. sicut scriptum est. Si filius vos liberauerit: vere liberi estis. Ad quod respondet q nõ obstãte tali ꝑseruatiõe mater domini dicitur vere redempta: ⁊ pre alijs redempta: non ꝺdem a peccato quod contraxit de facto. sed quod cõtraxisset ex modo sue ꝓpagationis naturalis: si per dei gratiam ꝓuenientem ꝑseruata nõ fuisset merito mortis christi filij sui ꝓuise. Et hoc declaratur fm

Fran.maro.tali exemplo. Si aliquis dñs redimeret a seruitute aliquos duos. vnum illorũ postꝫ est natus:aliuz dum adhuc est in vtero matris vel anteꝫ cõceptus est dã/do priuilegiũ libertatis cõcepturo. In hoc casu vterꝫ est redẽptus ꝛ nullus eoruz ser/uus est,sed vnus est redemptus a nota ser nitutis quam cõtraxit.alius a nota quã cõ traxisset nisi redemptus fuisset:ꝛ nulli dubi um ꝙn efficacius ꝛ nobilius sit redemptus ꝙ fuit ꝑuẽtus ne seruus esset:ꝫ ille qui post seruitutẽ fuit liberat⁹ ab ea, sic maior gra fit ei cui cõseruat innocẽtia ꝫ cui remittit cul pa, vt declarat Aug. sup Luc ꝛ Gen. Ma ter ꝙ dñi redempta fuit a seruitute quã ex se cõtraxisset.sed omnes alij ab ea quam cõ traxerũt.ergo ipsa pre alijs redempta est. ¶ Ad verba Augustini vbi supra Respõdet ꝙ duplex est redẽptio.scz pseruãs ꝛ eleuãs, vt patuit in exemplo pscripto. De secunda nõ de prima verificant verba Augusti ꝙ ñ est redemptio eleuãs nisi a culpa. Sec⁹ aũt de redẽptõne pseruãte, vt patet. nam Esaie xxix. dicit, Propter hoc hec dicit dñs ad do/mũ Jacob ꝙ redemit Abraam.et Neemie nono habet ꝙ domin⁹ redemit abraã.quia scz eduxit eũ de vr chaldeoꝝ:ipsum pseruã/do a cõbustione ignis:vt ferũt hystorie, Itẽ aplus ad Gal.iij. dicit Christ⁹ redemit nos de maledicto legis:factus p nobis maledi/ctũ,quia scriptũ est, Maledictus omis ꝙ pẽ det in ligno. Et tamẽ istã maledictionẽ nos in tẽpore gratie nunꝫ habuimus:quoniaz per mortẽ christi lex totaliter fuit euacuata. ¶ Quarta difficultas de penaꝝ inflictione. Nam si pseruata est a peccato originali: q̃re ergo penas peccati originalis passa ẽ bea ata virgo scz mortem. Si enim caruit oi pec cato caruit etiã merito mortis et aliarũ pe nalitatũ peccati origĩalis,ergo iniusticia fa cta est ei cum mortua est ꝛ passa penalitates m'tiplices peccati originalis. Et sic de⁹ in/iustus retributor esset: ꝛ maxie qñ ꝑm Au gustinuz,ij,sentẽtiaꝝ.dist.xlij. Deus nõ pri⁹ vltor est ꝫ sit ꝗs peccator. Hec possum⁹ di cere ipsam passam vel mortuã pro redẽptõ ne generis humani vl'salute, quia hoc essz ad cõtumeliã christi, seqret enim ꝙ christus nõ esset sufficiẽs redẽptor. Cum igit beata virgo habuerit penas peccati originalis et nõ per assumptionẽ:sed p ptractionẽ,sequit ꝙ fuerit infecta peccato origĩali. ¶ Hec difficultas soluit. Quia ꝑm Bonauẽ,sup.iij.di. iij.ac Fran.maro.gratia sctificatõis nõ ob uiat pene sed tm culpe. Et hoc ostendit exẽ plis. Nam Johãnes baptista fuit sctifica/tus ꝛ a peccato originali purgatus: ꝛ tamẽ a pena peccati originalis nõ fuit liberatus totaliter. Simil'r ania pueri i baptismo ab luit a sorde peccati: ꝛ nõ liberat a pena. Itẽ christus sine vllo reatu peccati fuit: et tamẽ sustinuit penas peccati originalis Esa.liij. Vere languores nostros ipse tulit: ꝛ dolo/res nostros ipse portauit. Itaqꝫ dicit ꝙ ma ter domini per gram ꝓuenientẽ licet fuerit a culpa pseruata:nõ tamẽ a pena totaliter li berata vel pseruata. Vel vt alij dicunt licet diuina gratia ꝓuenit anie infectionẽ in bea ta virgine:non tamẽ ꝓuenit carnis feditatẽ: quoniã per cõcubitũ cõcepta est,ꝛ ideo ra tione illius feditatis iuste remãserunt i vir gine penalitates. Sed remanet dubiũ sup posita potestate de cõgruitate ipsa. Quare scz tales pene fuerunt inflicte virgini: cum non essent necessarie hũano generi sicut pe ne christi. Rndet ꝑm Franciscũ maro.quia erant materia exercẽde virtutis:vt.s.per pa tientiã talium merita cumularet. Unde si/cut Job fuerũt pene magne inflicte ad ex ercendam eius patientiã,ita virgini ad pfi ciendã gratiã. Virtus enim in infirmitate p/ficit,vt ait aplus.ij.Cor.xij. ¶ Quinta dif ficultas de christi priuilegio singulari ꝛ ho nore. Nam boc est singulare christi priuile gium quia solus ipse innocẽs cõceptus est vt dicit Aug⁹,ꝛ Leo papa. Unde si ipsa est cõcepta sine peccato originali:sequit ꝙ eq/tur christo:quod est cõtumelia christo: cum eius bonor et priuilegiuz singulare alteri at tribuit. ¶ Hec difficultas soluit:ꝙ nõ ob stante tali ꝑseruatione mater dñi non equi paratur christo,sed est inferior ipso in hoc priuilegio multipliciter. ¶ Primo ꝙdem qꝛ christus non indiguit ꝑseruatione:quia nõ fuit cõceptus per naturalem ꝓpagationem vnde nec fuit ex modo sue ꝓpagatõis aptus nec potuit contrahere peccatum. Lex enim originalis peccati nõ fuit lata nisi cõtra p/pagandos naturaliter ex Adã. Sed be ata virgo indiguit ꝑseruatione:et ex modo sue generationis apta fuisset cõtrahere pec catum:ꝛ vtiqꝫ ptraxisset nisi pseruata fuisz

ꝑ gratiaꝫ vt supra patuit. ¶ Secũdo quia christus nõ indiguit redẽptõe: cum ex modo sue singularis generatõis nõ fuit aptus ꝓtrahere illũ reatũ seruitutis, virgo aũt indiguit gratia ꝓueniẽte ne laberet. Tercio quia ania christi in ꝓceptõne seu creatione fuit vltimate sctificata: nõ aũt aia virginis: cum vlteriorẽ sctificatõem susceperit in verbi incarnatiõe Luc. j. Spiritussanct⁹ supuenĩet in te. ¶ Quarto quia anima christi mox vt fuit creata fuit vnita verbo ac cõprehẽdens z beata, ex. iij. sniaꝫ. Anima aũt virginis nõ fuit beata z verbo vnita vl' cõprehẽdens ꝗuis fuerit sancta. Hec Fran. maro. Et sic patet ꝓpositũ. ¶ Sexta difficultas ꝺ ianue celestis clausione. Nam ianua celestꝭ nulli est clausa nisi merito originalis pctĩ. Si ergo beata virgo nõ habuit peccatum originale: qro vtꝫ si ante christuꝫ mortua fuisset statim ad celum euolasset: an nõ: nõ potes dicere ꝙ euolasset, quia sic nõ ꝑ christuꝫ fuisset ianua apta, ergo sequit ꝙ nõ euolasset ante christũ z ꝑ ꝓsequẽs habuit vt videtur originale peccatũ. Hec difficultas soluitur ſm Scotũ sup. iij. dist. iij. ꝙ ianua celestis fuit beate virgini clausa sicut et ceterꝭ nec est apta nisi ꝑ meritum passionis christi qm̃ vt dicit aplus Colos. j. Placuit ei per ipsum scz christum recõciliare oĩa siue que in celis sunt siue que in terrꝭ. Sed ista clausio ianue beate virgini nõ ꝓpterea fuit ꝙ in esset ei peccatũ originale, quoniã passio xpi sic ꝓuisa z acceptata coram deo erat in ordine ad beatã virginẽ vt ꝓpter merituꝫ huius passionis scz xpi nunc̃ inesset pctm̃ ipsi virgini matri xpi, z ita nec inesset aliquid ꝓpter quod sibi ianua clauderet. Sed ista clausio ianue fuit: quia ex origine cõpetebat virgini vnde ianua sibi clauderet sicut z alijs. Nec sequit ꝙ si mortua fuisset ante christũ statim in celũ euolasset. imo vt videt in limbum patrũ descẽdisset: nõ ꝓpterea quia peccatũ inesset: sed quia ex origie infuisꝫ sicut et ceteris nisi ꝓseruata fuisset. ¶ Qõ si dicas Si nõ habuit peccatũ originale vtc̃ statĩ euolare debuisset. Dico ꝙ falsum est ꝗa sancti patres purgati fuerunt ab originali: z tm̃ nõ ascẽderũt in celũ ante christum passum. eoꝙ clausa fuit ianna vsc̃ ad solutionẽ pcĩ Ita em̃ decreuerat deus ꝙ licet acceptaret passionẽ christi ꝓuisam ad remittendũ culpam originalẽ omni credẽti passionẽ illam: nõ tamẽ remittebat penã scz carẽtiã visiõis diuine ꝓpter illã passionẽ vt soluꝫ preuisam: sed per ipsam vt ꝓsentialiter exhibitã, et iõo sicut sanctis patribꝫ nõ patuit ianua ꝗusqꝫ fuit exhibita passio christi, ita ꝓbabile videtur ꝙ nec beate virgini. Hec Scotus.

¶ Septima difficultas de multoꝝ cõtraria assertione. Si itaqꝫ benedicta virgo pia fide credẽda est cõcepta sine peccato originali: quare vel vnde est ꝙ multi doctores cõtrariũ asserũt: z tenẽt ipsam fuisse cõceptam in peccato originali. Ad quod respondet ꝓ tria puncta. ¶ Primo ꝗdeꝫ dico ꝙ hoc est ideo, quia oĩes illi doctores voluerũt incedere per viam legis cõmunis que oẽs naturaliter ex adam ꝓpagatos obligat ſm rõnem semialem sicut sancta tradit scriptura, vñ Ro. iij. Omnes in adam peccauerũt et egẽt gloria dei. Et quia sanctoꝝ autoritas solum christum excipe videt de hac generalitate. nõ tamẽ negãt doctores ꝗn deus potuerit beatam virginẽ ab illa lege cõi eximere, sed qm̃ credit ꝙ btã virgo sit naturaliter ſm rõneꝫ semialẽ ꝓcreata, nec est autoritas scripture de eius ex hac lege exceptione manifesta. Idcirco ꝓbabiliter putauerũt eam peccato fuisse originali obnoxiã: nõ audentes legi cõmuni cõtradicere: nec audẽtes eã exemptã dicere. Propterea igitur diuersificati sunt doctores in hac re, quia ꝗdam putant eam fore lege cõmuni claudendã: ꝗdaꝫ eximendã. ¶ Secũdo dico cum Frã. maro, ꝙ oĩes autoritates sanctoꝝ et dicta doctoꝝ tenentiũ eam esse peccato originali obnoxiã: loquunt z sonãt ac intelligi debẽt ad hunc sensum: ꝙ vicꝫ beate virgini hoc ex se de cõmuni lege cõueniebat: ꝗa naturali sue ꝓpagationi cõpetit ꝙ originale peccatũ contrahere debuisset, vt supra ostẽsum est: tamẽ oppositũ habuit a deo speciali gratia ꝓueniente. Nec in hoc fit sanctis iniuria si eorum dicta exponant, sicut sacra scriptura exponit z itelligit, quia sancti in suis eloquijs sacra scriptura tanc̃ regula z lumĩe vtebant vt testat Dioni. de diui. no. cap. ij. Et ꝑ hoc solui pnt oĩes ꝓtrarie autoritates, ꝗa oẽs loquunt de peccato originali solum ſm causam quam ꝗdem habuit beata virgo ex ꝓpagatiõe naturali z nõ ſm effectum. ¶ Tercio dico ꝙ vnusquisqꝫ magis tenet matreꝫ

dei venerari q̄ aliquoꝝ doctorū opiniones in hoc passu extollere: maxime cum iam ecclesia in concilio Basilien. statuerit id pie credendū de beata virgine q̄ sit concepta sine originali peccato, ac Sixtus papa diuino officio de hoc edito et indulgētijs corroborauit. Unde in hoc sum cum August. li. de natura ⁊ gratia dī, Cum de peccatis agitur nullā de matre dñi ꝓpter reuerentiā dñi volo fieri q̄stionē, i. dubitabilē ꝓpositionē, sed potius indubitāter ipsam in ꝯceptōe sui teneo pia fide fuisse sanctā. Sed calūniātes hanc autoritatē Augustī exponūt q̄dam et dicūt q̄ Aug⁹, ibi loquit̄ de peccatis actualibus ⁊ non de originali. Ista tamē expositio ꝑm Fran. maro, est Primo ipia: q̄ virginis priuilegia nō sunt artāda sed ampliāda Secundo est falsa: quia intentio Augustini est ibi (vt inducit̄ in. iij. Sniaꝝ) istud attribuere virgini ꝑ priuilegio singlari super oēs sanctos. Si igit̄ hoc acciperet̄ tm̄ ō peccato actuali nō esset hoc tanq̄ singulare sup oēs priuilegiuꝫ attribuendū virgini, quia etiam innocētes caruerunt oī peccato actuali. O igitur virgo bñdicta vita spes et cōsolatio nostra. quid de te dicere valeamus, quanta deuotione te laudemus, qua temeritate te quis asserere audeat originali peccato fuisse infectam? cum vt canit ecclesia, Felix es sacra virgo Maria et omni laude dignissima, ⁊ ꝑ ꝙ̄s etiam ista laude digna q̄ dicaris a peccato ꝑseruata, q̄a ex te ortus est sol iusticie christus deus noster.

Articulus tercius q̄ pium est credere beatam Mariam sine originali peccato fuisse conceptam.

Tercia contēplatio ꝓncipalis ōr pie credulitatis

Nam ad ꝑmissa adiciēduꝫ est ⁊ declarandū q̄ piū sit credere q̄ ipsa btā virgo fuerit ꝯcepta sine peccato originali. Qō q̄dem aliqui aduersarij pluribꝫ modis vsq̄ ad ista nostra tpa impugnauerūt. Sed anno dñi M.cccc.lxxxij. Bulla speciali cui⁹ tenorē vidi: ipse Sixt⁹ papa. iiij. aplica autoritate reꝓbat ⁊ dānat assertiones ⁊ opiniones dicētiū q̄ ecclesia nō ꝯceptiōem sed sanctificatōem virginis celebrat atq̄ tenentes mariā fore ꝑseruatam ab originali; ꝓtea essent heresi polluti. Oēs etiā libros eorū sup his ꝓfectos dānat, et ne ꝓ veris legātur vel teneant̄ aut habeant̄ ihibet: sic q̄ ꝓtra ꝑmissa facientes eoipso sniaꝝ excōicationis ⁊ penā maledictōis eterne incurrāt: a qua solus papa ꝓpria ore ⁊ nō ali⁹ absoluere possit. Unde vt fideles magis inducātur ad huius ꝑseruatiōis piam credulitatē septem rationes hic ponemus: quibꝫ id declaratur.

¶ Prima est ratio honorificationis
¶ Secunda est ratio vere dilectōis.
¶ Tercia ratio suffragationis.
¶ Quarta ratio cauēde offensionis
¶ Quinta ratio vitande vltionis.
¶ Sexta rō vie securioris.
¶ Septima ratio fructificatōis

Prima est rō honorificatiōis. Nā si pia mēte ꝓsideram⁹ q̄ tot ⁊ tāta bñficia ꝑ ꝧginē suscepim⁹: tātaq̄ dignitate bñdicta virgo est sublimata ꝑ filiū q̄ vtiq̄ verꝫ est qō ait Hiero. ad paulā ⁊ eustochiū dicēs, Quicq̄d humanis pōt dici ꝧbis minus est a laude virginis. Debem⁹ igit̄ hoc priuilegio honoris eā extollere ⁊ laudare q̄ dicamus eaꝫ exemptā ab omni culpa. alⁱs ñ deficit lingua humana in eius laude: nec debitū honorē matri dei impēdit cū eā peccatricez fuisse dicit et filiā diaboli per peccatū originale ꝓtractū

¶ Insup q̄ro te quod boꝫ est honorabili⁹ et glorioſius xp̄o, Utrū dicere q̄ habuerit matrē ab oī pctō imunē: an dicere: peccato maculatā. Cōstat q̄a ꝑmū Eccī. iij. Gloria hominis ex honore parētis. g̃ ⁊c. Uñ sicut decuit deo ꝑplm iudaicū in marī: ⁊ ꝑ. xl. annos eoꝝ vestimēta et calciamēta illesa ꝑseruasse ꝓpter honorē ⁊ dignitatē populi illius eo q̄ christ⁹ erat nascitur⁹ ex eo. Ita a fortiori decuit matrē ꝓpriā miracl'ose ꝑseruasse ab oīs pctī macula ꝓpter honorē maternitatis.

¶ Secūda ratio vere dilectiōis: qm̄ vt ait Anselm⁹ ad coanglicanos epos. Nō videtur ver⁹ amator ꝧginis q̄ recusat colere festū cōceptōis, cui⁹ recusatiōis cā nō est alia nisi q̄ credit̄ ab illis q̄ sit in pctō originali cōcepta. Ut igit̄ eā vere amemus credam⁹ fore ꝑseruatā.

¶ Tercia rō suffragatōis: vt vicz ꝑ hūc honorē sibi cōgrue exhibituꝫ ei⁹ suffragia ipetrare ⁊ obtinere valeam⁹. Propterea ecclesia canit. Cū iocūditate conceptionem beate Marie celebremus vt ipsa

pro nobis intercedat ad dñm Jesum christum. Scriptuz nanqz est Joh. xij. Qui me honorificauerit honorificabo eũ. Itẽ Fortunatus in Omel. dicit. Grati⁹ est obsequz deo quod marie impẽdit qz qõ sctõz cuilibet dirigit, g debemus eam honorare ẽ. ¶ Quarta rõ cauẽde offensionis. Hã valde timẽdũ est ne eã offendam⁹: vtpote q̃ est mater gratie et mr̃ misc̃die: qõ certe facit q̃ temerarie eam peccatricẽ asserit vl credit. q̃ niã vt Cirillus patriarcha alexãdrin⁹ libro quẽ fecit ꝓtra nestoriũ dicit. Post filiũ inqt temerariũ est ponere in Maria virgĩe maculã aliquã aut pctm̃. Propterea mgr̃ henricus in q̃dam sermone q̃ incipit Cõsurgeget virga: ait. Sacratissimã virginẽ quã deus ab eterno p̃ordinauit vt esset mr̃ dei subptãte diaboli fuisse z pcti sorde infectã sentire nõ audeo: dicere ptimesco, z paulo ifra. Quis hãc virginem sub ira dei vnqz fuisse audeat dicere per quã sibi deus gen⁹ humanũ tanqz p mediatricẽ recõciliare voluit: dicat q̃ velit: ego dicere non audeo nec sentire: cũ in multis scripturis videt eam exemptã a lege cõi fuisse, Hec ille. ¶ Quinta rõ vitande vltionis: ne vltionez incurram⁹ ꝓpter offensionẽ ꝑsumptuose assertionis pie sentire debemus de virgine q̃ sit imunis. q̃ niã scriptũ est Eccĩ. iij. Maledictio matris eradicat fundamẽta. Maledicit matrẽ virginẽ q̃ eã peccatricẽ temerarie astruit. z hec maledictio eradicat fundamẽta gratie dei. Cauendũ est etiã ne si nõ celebremus festũ ꝓceptõis virginis illã vltionẽ subeamus q̃ scripta est Zach. vl. di. Percutiet dñs oñes gentes que nõ ascẽderint ad celebrandũ festiuitatẽ tabernaculoz. qa tabernaculũ dei in quo habitauit est btã virgo. ¶ Sexta ratio vie securioris, quia in oĩbus dubijs via securior eligẽda est z tutior, extra de cleri. ex cõica. c. illud, post medium. Et inter varias opiniones pbabiles: sanior opinio seq̃nda est, extra de celebra. miss. c. Cum marthe. §. Quesiuisti. Sed hec via est sanior z tutior. qa p eaz plus honorat ꝑs z sctã mater ei⁹ qz p ꝓtrariã opinionẽ. Et qz fũdat in imitãdo ordinatõem ecclesie romane de hoc festo cõceptionis atqz eius officij obseruationem quo habet expresse q̃ sit cõcepta Maria sine originali peccato. Ecclesia quippe romana mater est oĩm ecclesiarũ z non põt errare, sed in oĩbz tanqz magistra est sequẽda, dist. xj. Quis. dist. xij. c. j. z se. z dist. xxij. Omnes. Uñ exq̃ nõ est certũ p scripturam exp̃ssam: vtrũ virgo ꝓtraxerit originale peccatũ an nõ. Idcirco magis pietati cõsonuz est credere q̃ nõ ꝓtraxit dando sibi hãc prerogatiuã ꝓpter honorẽ dñi: quia hoc autoritati ecclesie nõ repugnat. qm̃. ff. de regul' iuris dicit. q̃ in obscura rõne ingenuitatz fauẽdũ est libertati. Et hoc est qõ doctor subtilis sup. iij. dist. iij. dicit. Quod hoz verissimũ sit de⁹ nouit. Sed si autoritati eccl'ie nõ repugnat, pbabile magis videt vt qõ excellẽti⁹ est attribuat Marie. Hec ille. Sz hoc nõ repugnat eccl'ie: imo ꝓcordat, vt patz ex cõcilio Basilieñ. z diuio officio. ¶ Septima ratio fructificatõis. quia ex hac pia fide fructus acquirit vite eterne z supne glorie. Unde Eccĩ. xxiij. Qui me elucidãt vitam eternã habebunt. Glo. elucidãt. i. ab oĩbz in quinam̃tis lucidã reddũt. Item. j. Regũ. j. Quicũqz glorificauerit me glorificabo eum Qui aũt ꝓtẽnũt me erũt ignobiles. Denicqz fructus acquirit indulgẽtiaz. Nam vt dictum est ante: ipsum cõciliuz Basilieñ. concessit idulgẽtias p hui⁹ festi celebritate z sermoni vicz cẽtũ dies idulgẽtiaz oĩbz itere ssentibz misse z vespis p̃mis aut secũdis et matutinis. Pro sermone aũt eiusdem festiuitatis centum q̃nquaginta dies. Insup Sixtus papa quartus: omnino easdẽ indulgentias concessit sicut cõcesse sunt in festo corporis christi. O igitur homo crede beatam virginem fuisse cõceptam sine originali peccato pensando illius diuini habitaculi mũdiciam: in quo deus z dulcis redẽptor noster Jesus gratissime nouẽ mẽsibus requieuit. Utinam saperes z intelligeres cãqz digna laude beatificare valeres quaz beatam dicent omnes generatões. O vere mũdissima z imaculata virgo maria. O vere gloriosa domĩa excelsa sup sidera z purissima ab omni macula: plusqz omnis creatura angelica puritate ipsa qua sub deo maior nõ est intellecta. Quibus te laudibus efferã. quid in tue sanctitatis z puritatis gloriã dicam: cum tu sis gloria hierusalem: tu honorificẽtia populi nostri: tu es mater mũdissima ab omni peccato preseruata. Mater inquam dei z domini iesu p̃dilecta. tu anime nostre refugiũ: tu spes z nostrũ auxilium: tu singu

lare cordis nostri solaciū: te deꝑcamur: ad te clamamus: vt per illam summā tue puritatis gratiam nobis a dulci Jesu tuo impetra veniam: gratiam ⁊ gloriam. Amen. Explicit liber quartus.

¶ Alius modus procedendi i scripturis.

¶ Item si volueris in hac re alium ꝓcessū facere: potes notare duodecim stellas fulgētes in corona beate virginis ad ꝓbandam eius īmunitatē a peccato originali radiantes. ¶ Prima stella dicit diuina autoritas. Hanc ꝓsequere sicut habes parte ꝑma huius libri articulo tercio. ꝑmo testimonio. ¶ Secūda stella ꝓphetica veritas. hanc ꝓsequere sicut habes ibidem secūdo testimonio. ¶ Tertia stella angelica attestabilitas: ibidē tertio testimonio. ¶ Quarta stella ecclesiastica irrefragabilitas. ibidem quarto testimonio. ¶ Quinta stella materna honorabilitas. hāc ꝓsequere vt habes eadem parte ꝑma arti. ij. ca. ij. §. ij. ¶ Sexta stella ꝑeminentissima puritas. ibidem §. iij. et etiam §. j. vbi allegat Anselm⁹. ¶ Septima stella ꝓfectissima virginitas. hanc ꝓsequere ibidem parte. iij. xj. testimonio. §. iij. ¶ Octaua stella bñficij sublimitas. sicut habes ibidem arti. ij. cap. ij. circa principium ꝑmi. §. ¶ Nona stella legum equitas. ibidem arti. ij. testimoniis. v. vj. vij. viij. ix. ¶ Decima doctorum famositas. ibidem testimonio. x. ¶ Undecima rationū ꝓbabilitas. ibidem testimonio. xj. ¶ Duodecima stella miraculorum limpiditas. ibidem. xij. ¶ Hec supra scripta de conceptione Marie breuiter volui huic libro inserere: ea magis q̄ apta sunt predicationi ꝓsequendo. Alia ꝙo multa disputabilia in hac materia alibi latissime tractandum reliqui.

¶ In nomine dñi Jesu ad beatissime virginis Marie honorem sequitur de natiuitate eius.

Quintus liber

est de misterio sanctissime natiuitatis benedicte virgis marie. et habet tres partes. ¶ In prima agit in generali de eius ortu dignissimo. ¶ In secunda de eius natiuitate magis in speciali. ¶ In tercia de nascentis virginis qualitate vel cōditione admirabili.

¶ Pars prima de ortu Marie dignissimo et eius diuinali preordinatōe eterna ac sanctificatione ⁊ multiplici reuelatione.

Lux orta est iusto: rectis corde leticia. Verba

sunt scti ꝓphete Dauid ꝑs. xcvj. Qui longe anteq̄ nasceret benedicta virgo eius ortum ꝓuidit spūsancto inspirāte ⁊ eaz luci comparādo ait Lux id est Maria orta est iusto id est christo ex ea nascituro qui est iustus ꝓ essentiā. Ipse em̄ est vt dicit Malach. iiij. sol iusticie. Et propterea quoniā ex hoc toti mundo est salus orta. ideo subdit. rectis corde. scz hominibus: leticia. Quibus in verbis ꝓpulcre ostenditur q̄s summā dignitatem habuerit beata virgo in suo ortu: in eo ꝙ luci cōparat: que est rerum dignissima. Lux quippe inter omnes creaturas excellentiā habet. precipue triplicem. ¶ Primo quia diuinalis cōformitatis: quoniam deus lux est ⁊ tenebre in eo non sunt vlle. j. Johannis. j. ¶ Secūdo quia lux est incōtaminabilis puritatis: eo ꝙ non potest inquinari sordibus. ¶ Tercio quia lux est delectabilis qualitatis: quoniā dulce lumen ⁊ delectabile oculis videre solē. Eccī. xj. Sic benedicta virgo super oīes creaturas puras hac triplici fulget excellentia dignitatis: quoniā deo ipsa est proxima ⁊ cōformatissima per gratiam et gloriam Sapientie. vij. Candor lucis eterne et imago bonitatis illius. ¶ Item ipsa est purissima ⁊ incōtaminabilis: quoniam ꝓm Anselmū ea puritate nitet qua maior sub deo nequit intelligi. Denicq̄ ipsa est anime humane ⁊ deuoto cordi suauis et delectabilis. quoniam vt canit ecclesia ipsa est vita dulcedo ⁊ spes nostra. O quis exprimere sufficiat q̄s suauis sit Maria oculis cordis ad respiciēdum: in cuius pulcritudine glorie omnes sancti delectantur. propter quod canitur. Speciosa facta es et suauis in delicijs tuis sancta dei genitrix. O q̄s suaue est aīe pie ad audiendū vl̄ loquendū de ea: qm̄ vt melliflu⁹ Bern. ait de seipso. Nil inquit tantū me delectat q̄ntū ō gloriosa virgine maria facere sermonē O q̄s suaue: o q̄s gaudiosum erit in celo cō-

regnare ꝛ colletari cum ea sine fine ꝑ quam salus mundi credẽtib⁹ apparuit: cuius vita gloriosa lucem dat seclo. Merito igit eius ortus omnib⁹ gaudium et leticiam ingerit, merito ꝛ digne oẽs homies ille dulc citharista Dauid ad letãdum in eius ortu allicit cum dicit. Lux orta est iusto: rectis corde leticia, vere oib⁹ rectis corde leticia, s. penitẽtib⁹: patiẽtib⁹: viatorib⁹ ꝛ triũphãtib⁹ in celesti glia, leticia viris: leticia mulieribus: leticia puulis ꝛ senibus ꝛ omnib⁹ fidelib⁹ ꝛc. De eius itaq; ortu ad ꝓsens tractare intendentes in generali tria misteria declarabimus.

¶ Primũ misteriũ ór diuinal' ꝓordinatiõis.

¶ Secũdum ór maternalis sctificatõis.

¶ Tercium ór tpalis revelatõis.

Articulus ꝑmus qualiter ab eterno predispositum erat a diuina sapientia oriri beatam Mariam ꝛ ꝑ eam salutẽ mũdo fieri.

¶ Capitulum. I.

PRimũ itaq; misteriũ ór diuinalis ꝓordinatõnis quõ vicz ortus btẽ virginis sit ꝓordinatus ab eterno ꝛ ꝓcõcept⁹ in mẽte diuina. Ista quippe est vna magna dignitas beate virginis qua ꝑ sapiẽtis os gloriat' in epistola hui⁹ solẽnitat' que scripta est Prouerb. viij. Domin⁹ inquit possedit me scz in cõmutabili volũtate ꝛ electiõe sua: in initio viarum suaꝝ anteq; q̃q; faceret: hoc est ab eterno anteq; ipse deus aliq̃d creasset, vnde et addit a principio, s. creationis mundi, ab eterno ordinata sum, s. vt essem dei mater, ꝛ ex antiquis, scz eternitatis anteq; terra fieret, i. ante omnẽ corpalem cõditam creaturam, nõdum erãt abissi, i. ꝓfunditates. Tota quippe altitudo vel ꝓfunditas que est a celo empyreo vsq; terre centꝝ dicit abissus ꝓpter ĩmẽsitatẽ, ꝛ omnes creature corpales ꝛ spũales ad altitudinẽ compate possũt dici abissi vt volũt doctores. Nondum ergo erãt abissi, i. nec celuz nec terra nec angeli q̃ etiã abissi sunt vocati ꝓpter excellentiã suaꝝ substantiarũ, et ego inquit maria iam cõcepta eram, s. in mente opificis. Ex quib⁹ oĩbus claret: quia ante oẽm creaturã benedicta virgo fuit ꝓordinata ꝛ cõcepta in mente creatoris vt fieret mater dei et saluatoris nostri Jesu: quod est ei summa gl'ia. ¶ Circa quod aduertendũ ſm q̃ modo intelligẽdi hũano cõtemplari possumus q̃ ab eterno in diuina ꝑcipue mente inter alia quatuor vertebãtur cõsilia vel questiones que ꝑ diuinam sapientiam sunt determiate et cõcluse.

¶ Prima q̃stio de mũdi ruituri creatõe.

¶ Secũda q̃stio de dei ex fcia incarnatõe.

¶ Tercia qõ de ꝑme femie, s. eue electiõe.

¶ Quarta qõ de fele ad id idonee ꝓditiõe.

Prima questio erat Quare mundũ crearet quem ruiturũ sciret. Dicebat nãq; pater ad filium ꝛ spũmsanctum. Scimus quia mũdus quem creaturi sumus ruet per peccatum tam in angelis q̃ in homib⁹: ꝓpter qõ etiã alias creaturas corporeas punire oportebit ĩ detestatiõne peccati. Quare ergo debem⁹ ipsum creare cum sciamus eum futurum esse malum. Et accessit vna ratio di. q̃ nõ deberet creari taliter. Nil debet tale fieri quod sit in quotidianã offensam ꝛ ĩiuriam dei: quoniã omnia opera debent benedicere deum. iuxta illud Dañ. iij. Benedicite omnia opera dñi domino: laudate et superexaltate eum in secula. et omnia cedere debent in laudem ꝛ gloriam dei. Sed si mũdus creabit⁹: tor⁹ in maligno erit: sicut ꝛ nũc positus est. j. Joh. v. Et totus ruet ꝑ peccatum: vt iam cernimus oculis nostris. Ne igitur videatur esse de⁹ auctor mali nõ deberet creari mũdus vt nõ fieret peccatum. Nam scriptũ est Jaco. j. Deus intentator malorũ est. Adiecitq; ratio ipsa di. Deus et natura nil faciũt frustra, hoc dicit Aresto. ij phisicoꝝ. Sed frustra est quod nõ attingit finem suum ſm cõmẽtatorem ibidez. Finis aũt mũdi aliũ creaturaꝝ rõnaliũ esset beatitudo: vt vult magister in. ij. sniaꝝ. dist. j. ca. v. Hanc nõ videt quõ cõsequent' cum per peccatũ ruiture sunt. ergo nõ debuit creari frustra. Hec questio decisa est per diuinã sapientiã: q̃ bonum est creare mũdum: etiã si sua malicia ruat postea tali ratione. vt ẽm vult Aug⁹. in enchiridion. Hunc̃ deus ꝑ mitteret aliquod malũ in mũdo fieri: nisi eet adeo oĩpotens vt etiã ex malis sciret bona elicere. Sciẽs ergo deus mũdũ ruituꝝ: creauit ipm vt etiã post ruinã exide bonũ elicere ret. nã exinde mlta bona sũt elicita Primo q̃dẽ ex hoc relucere bz diuina bonitas: cuz se et suã bonitatẽ creaturis cõicauerit ex mera liberalitate: vt dicit Aug⁹. ĩ enchiridiõ. c. vi

lem habuit medicine scientiaz beata virgo. ergo i summo ꝛc. ¶ Amplius hoc claret etiã a maiori arguẽdo. quia si paganus Aristoteles hoc habuit donum sciẽtie a deo ꝙ sicut Hiero. testat; ꝓphetates rez naturasq; ñ solum sciuit sed z legẽduz libris tradidit. Alij etiaz pħi z medici vt Auicẽna Galien⁹ Cõstãtinus Hypocras ꝛc. scierũt et docuerũt rerũ naturas z virtutes. Quid mirũ si deus matri sue id dedit qõ z infideliby bonũ pñtitit: cũ ipsa sup oẽm creaturã post christi animã plena gratia fuit. ¶ Deniq; metbaphisicam sciuit qz hec sũme necessaria est ad theologiã. ¶ Terciũ principale dubiũ adhuc restat Utrũ beata virgo sciuit i summo totam theologiã. ¶ Ad qõ ex pmissis oiby patet respõsio ſm eundẽ Albertũ ꝙ sic. qz vnctio spũsancti qua plena erat docebat eam oñia. vnde fuit doctrix apl̃oz: z habet aureolam p̃dicatoz. Hoc aũt declarat p materiã libri sentẽtiaz. Nam sciuit totũ librũz sentẽtiaz. ¶ Primo q̃dem librũ primũ sentẽtiaz. cui⁹ materia reducit ad duo. scz ad materiã de trinitate. et materiaz de p̃destinatione dei z potẽtia ac volũtate dei. Sed beata virgo pre oibus sciuit z cõtẽplata est deitatem z eius trinitatẽ psonaz: cui⁹ z potẽtiam et bonitatẽ in seipsa expta fuit ad salutez oium p̃destinatoz. ¶ Secũdus liber sentẽtiarũ agit de angelis z operiby sex dierum atq; de statu homis. Hec oñia pfectissime sciuit: vt supza claruit. ¶ Terciꝰ liber agit de incarnatõe verbi z virtutiby Hec oia sciuit in summo z p expientiã. ¶ Quartus agit de sacramẽtaliby gratijs z resurrectiõe. Gratias sacramẽtales dei mater in summo habuit: vt tactũ est supza. Corpus etiã simillimũ corpibus resurrectõis habuit. Nam corpora resurrectõis sunt ĩmunia a culpa z pena. corpa ꝓ sanctorũ in via sunt obnoxia culpe z pene. Inter hec fuit mediũ corpus beate virginis. vnde patet q̃ gloriosissima q̃q; felicissima fuerit benedicta ꝑgo Maria. vere in el⁹ laude deficit omnis mens z lingua O vere monstruz celeste: vt ita dicam cum sancto Ignacio. O admirabilis excellentia eius dignitatis z scientie. hoc solum superest vt nos miseri humiliter eam deprecemur q̃ tinus digni habeamur eam laudare in celo sine fine.

¶ Articulus terciꝰ ꝙ gratia mltiplici plena fuit beata maria. Et hic ponunt. xij. differentie gratiaz.

TErciuz misteri um mltiplicẽ gratiositatẽ. Juxta nanq; sentẽtiam apostoli varia dona gratiaz dant ꝑ spiritũ sctm̃ christi discipulis z sanctis. Unde. j. Corinth. xij. Alij q̃dem per spiritum dat sermo sapientie: alij sermo sciẽtie: alij fides in eodem spiritu: alij gratia sanitatuz: alij operatio virtutũ: alij prophetia: alij genera linguarũ: alij interptatio sermonũ ꝛc. Et iteruz Eph. iij. Ipse dedit quosdam q̃dem apostolos: quosdã aut̃ prophetas: alios ꝓ euãgelistas: alios aũt pastores z doctores ꝛc. Has omnes gratias et plura eius dona nõ est ambigẽdum fuisse in beata virgine. quoniã vt dicit Hiero. Ceteris per partes Marie ꝓ se totã infudit gratie plenitudo. ¶ Aduertendũ tamẽ ꝙ iuxta numerũ. xij. stellarum in corona capitis beate virginis duodecim gratias possumus distinguere: quibus ipsa extat gloriosa in summo post filium. Quarũ prim⁹ q̃ternarius accipit ex parte intellect⁹ z cognitionis. Secũdus ex parte gratificatõis. ꝙa pertinẽt ad gratiam gratũfacientez. Terciꝰ quaternarius ex parte eius sublimationis.

¶ Prima gratia visionum
¶ Secunda gratia ꝓphetiaz.
¶ Tercia gratia linguarum.
¶ Quarta gratia interptatõis sermonũ.
Quinta gratia donoz.
¶ Sexta gratia beatitudinũ.
¶ Septima gratia sacramẽtoz.
¶ Octaua gratia virtutum.
Nona gratia dignitatum.
¶ Decima gratia officiozum
¶ Undecima gratia aureolarũ
¶ Duodecima gratia miraculoz.

PRima stella dicit gratia visionuz et reuelationũ. Nã vidit angelos sepissime q̃ vt testat Hiero. singul' diebus ei cibum deferebant a deo missum. Sed hic querit Utrũ beata virgo viderit angelos z spũalia p̃ species ꝓprias. Ad qõ respõdet ſm Alb. sup missus ẽ. ca. cxxxviij. ꝙ sic. Probat. quia ipsa videre potuit spũz increatum p̃ speciẽ ꝓpriã. ergo z quẽlibet alium. Unde Grego. Quid est qõ nõ videat

qui videntē oīa videt, sed ipsa vidit videntē oīa, i. diuinā essentiā, ergo vidit oīa auxilio gratie in sua ꝓtēplatōe. Item Moyses vidit diuinā essentiā: vt dicit Aug⁹, de videndo deum. Et simil'r Paulus in raptu scribitur vidisse deū ⁊ dispositionē celestiū hierarchie quā ⁊ btō Dionisio reuelauit, g̃ multo magis beata virgo vidit deū ⁊ statū angelorum ac triūphātis ecclesie. Itē Martin⁹ vidit demones, ⁊ Jacob angelos qñ dixit: castra dei sunt hec ⁊c, ergo cōcludit ꝙ btā virgo que a nullo illustriū vincit in sua cōtemplatiōe qua oēs excessit cōtēplatores: poterat videre deū ⁊ angelos ⁊ demones ⁊ animā, ꝓpriam et substātias rerum incorpalium per seipsas. Hec Albert⁹. ¶ Secūda gratia ꝓphetie, qua p̄dicebat futura. Cum eī fuit spiritusancto plena: qui q̄dem ꝓphetas et amicos dei ꝓstituit Sap̄, vij. sequit ꝙ fuit summa ꝓphetie. Nam si Johānes plus q̄z ꝓpheta dictus est: eoꝙ christum in vtero agnouit ⁊ digito demōstrauit. Multo magis beata virgo est plus q̄z oēs ꝓphete q̄ nobis christū generauit. De ei⁹ ꝓphetia triplici, scz de p̄terito: de futuro: ⁊ ō p̄senti occulto habet libro. ij, pte, j, c. ij, arti. ij, ꝓpe finem. ¶ Tertia stella est gratia linguarū. Licz q̄p quidam opinati sint ꝙ beata virgo genera linguarū nō habuerit: quia ipsa ire p mūdum ad p̄dicādum nō debuit. Tamē ꝟ nō obstat: imo tenēdū est cum Alberto ca. clx. ꝙ beata virgo cum aplīs accepit donū linguarū. Nam Actuū. ij. scribit. Sedit supra singulos eoꝝ spūssanct⁹. sed ipsa fuit cum illis, ⁊ qm̄ vt ait Damas. ipsa a nullo illustrium vincit in aliquo, ergo habuit donū istō cum alīs ⁊ pre alīs. ¶ Itē cum diuersis hominib⁹ cōuersabat: ergo dono linguē idiguit. Preterea ipsa est aduocata oīm: ergo debuit scire linguas singuloꝝ. ¶ Quarta gratia interp̄tatiōis sermonū quod est fm glo. scripturas exponere. Hāc ꝙ habuerit beata virgo patet, qz vt dictum est supra: oēs scripturas intellexit ⁊ aplīs ad eam refugiētibus in q̄cūq̄z questiōe exposuit, vnde magistra aploꝝ nūcupat. Item Amos, iij. ca. scribit. Nō est verbū qō dīns nō reuelauerit seruis suis. g̃ multo magis matri. ¶ Quinta gratia donoꝝ: quia ipa habuit oīa dona spūssancti in summo. ¶ Primo q̄dem donū sapiētie, qō est q̄dam guit⁹ spūalis ꝑme veritatis p modū summe bonitat⁹. Sed vbi cunq̄z est maior incorruptio et inseparabilior ad deū dilectio: ibi est maior coniunctio ad ipsum, ⁊ p ꝓsequēs maior degustatio, sic fuit in virgine. Unū Sap̄. vj. Incorruptio facit primuz deo. Et Hugo Charitas inḣt ē que vnit amātem cū amato. ¶ Secūdo habuit donū intellect⁹, quia fuit virgo prudētissima: intellectuq̄z illuminatissima a spiritusancto quo erat plenissima. Unō et maria, i. illūinata nō imerito est noīata. ¶ Tercio habuit donū cōsiliū tanq̄z que fuit matime īstructa vnctiōe spūssancti, ⁊ fuit p̄fectissima obseruatrix ꝓsiliorū. ¶ Quarto donum fortitudinis: quia vicit deuz fortissimū: mortemq̄z ⁊ diabolum, vt supra patuit de virtute fortitudinis eius. ¶ Quinto donū scie excellētissime: vt p̄cedenti mysterio declaratū est. ¶ Sexto donū pietatis: p quā mouebat⁹ ad opa misericordie summe, vt patuit supra li. iij. parte. ij. ar. j. ⁊ de pietate ei⁹. ¶ Septimo habuit donū timoris dñi, quia vbi maior sapiētia ibi maior timor dñi, iuxta illud p̄s. Initiuz sapie timor dñi, sed ipsa habuit donū sapiētie in summo, ig̃r dono timoris dei plena fuit. Sed qualiter ipsa deū timuerit habet li. ix. par. j. ar. iij. c. ij. ¶ Sexta stella est gratia beatitudinū oīm. Primo ipsa ī beatitudie pauptatis oēs supauit, similiter et in beatitudine mūdicie: vt patuit de virtutib⁹. ¶ Item in beatitudine mitritatis etiā alios supauit, quia canit eccl'ia. Virgo singularis inter oēs mit⁹. ¶ Itē in b'tudie misericordie, quia ipsa est mr̄ ⁊ regina misc̄oie Mater misc̄oie d'r qz ipsa est origo mie dei in x̄po filio eius. Regina etiā mie d'r, qz ipa habet in celo ptātem mie ⁊ gr̄e: vt cuicunq̄z voluerit ei⁹ aduocatōe p̄stet misc̄oia ⁊ gratia. B'tudo quoq̄z esuriei iusticie sūme fuit in ea: qz summa charitas, vt etiā s̄. patuit. Denicz habuit beatitudinē luctus excellētissime, quia cui⁹ causa nobilior: eius etiam effectus est nobilior fm Aresto. Sed qz cā luctus in virgine fuit nobilior. Oēs eī alios ad flendū instigat peccatū, beatā aūt virginē sola charitas. ¶ Si aūt q̄rat⁹ vtrū ipsa luxerit p incolatu miserie ⁊ dilatione patrie Respōdet ꝙ sic, quia hoc videt⁹ ptinere ad charitatis p̄fectionē, cupere, s. dissolui ⁊ esse cū x̄po, iuxta illō apostoli dictamē. Hec Albert⁹. ¶ Item beatitudo etiaz pacis summe

fuit in beata virgine. quia vt dicit glosa super illud Beati pacifici. Pacifici inquit sunt q̄ oēs motus animi rōni subiūgūt. qō fūme fuit in beata virgine. ¶ Insup habuit etiam btūdinē pſecutōis maximā in filij sui occisione cui⁹ gladi⁹ doloris cor eius ptrāsuit. Et sic claret q̄ summā gratiā btūdinū habuit t donoꝝ. ¶ Septima stella est gratia sacramētoꝝ. q̄ ipsa grām oīm sacr̄oꝝ habuit in summo patet ſ. li. eodē. parte. j. ar. ij. ¶ Octaua gratia virtutū omniū. de hoc patuit eo. li. parte. ij. arti. iij. vbi agitur de ỹtutibꝫ eius theol'. t cardi. q̄bus oībꝫ plena fuit ¶ Nona stella est gratia dignitatū. quia vt canit eccl'ia Ipsa virgo beata est dña mundi: regina celoꝝ: impatrix angelorū t boim: De quibꝫ latius agetur suis locis p̄cipue li. xj. ſ. de pulegijs. ¶ Decima gratia officiorū. ſ. sanctoꝝ. Habuit q̄ppe officium patriarchaꝝ. quia mater p̄ncipalis est totius ecclesie t oīm sanctoꝝ. quos oīnes in christo ipsa genuit p regenerationē viuam ex mortuis. Item habuit officiū ꝓphetaꝝ. vt dictū est supra. Itē apl'oꝝ donū habuit: licz ex. eij aplis nō fuerit. Apostoloꝝ em̄ officium fuit esse lucem mūdi. Ipsa in sūmo illuminauit mūduz nō tm̄ voce sed ope: victu: et vestitu inocētiā p̄dicās. ergo in sūmo habuit donum apostolat⁹. q̄ apostoli penitētiam: ipa innocētiā p̄dicauit verbo: vestitu: victu: t opere. ¶ Item habuit officiū euāgelistaꝝ. q̄ scriptū est de ea Luc. ij. Maria cōseruabat oīa verba hec: cōferens in corde suo. vbi scilicet totū euāgeliū cōsiderat. t euāgelist' ipsa reuelabat mysteriuz incarnatōis. Sicut dicit de Luca euāgelista q̄ ab ipsa didicerit secreta angelice salutatōis ꝛc. ¶ Itē ipsa cum martyribꝫ est martyr. cū cōfessoribꝫ est cōfessor christi etiā sub cruce astans filij sui vsq̄ ad mortē. cum virginibus virgo. cū religiosis summe religioni euāgelice dedita. t cum oībus p̄latis t pastoribꝫ ipsa pastoratus habuit officiū. quia ipsa nos pauit verbo t exēplo atq̄ cibo corpis t potu sanguinis filij sui. ¶ Undecima grā oīm aureolarū. q̄ ỹginū martyrū t p̄dicatoꝝ aureolam possidet. vt patebit li. vltio. par. iij. arti. iij. ¶ Un patet q̄ mr̄ dei habuerit oēm grām ad decoratōis cumulū: ad pfectōis augmētuz: et ad bonoris laudisq̄ incremētū: atq̄ oīm bonoꝝ spūalium cōplemētum. ¶ Duodecima gratia miraculoꝝ. Miraculū quippe et si nō facit sanctū: tamē ostēdit ſm Gregoriū. Ipsa miraculū omniū miraculosissimū. t no bilissimū sanctissimū. t incomprehēsibilissimū fide sua mediāte legit' fecisse. cū ad vnū verbū cōsensus: dicēte Ecce ancilla dñi: fiat mihi ꝛc. deus factus est homo: mater. virgo. et in vtero xp̄s pfectus homo. Insup q̄ ipsa habuerit donū miraculoꝝ et fecerit miracula in sua vita: testant' sancti de eius vita hīstorias scribētes. Et p̄cipue fact⁹ Germanus dicit q̄ ipsa adeo claruit in vita miraculis q̄ innūeros egros t debiles curauit: et demones ab obsessis effugauit. q̄ audito eius noīe solo: mox exierūt. t ad ei⁹ itum tantum horride clamabāt q̄ se ferri. vultū dei matris nō valebāt. Refert idez q̄ beata virgo cum vixit: tres mortuos suscitauit. ¶ Primo q̄dem filius cuiusdā vidue paupcule q̄ ei erat vnic⁹ t p illū victu sustētabat rogata ab ea vt suum filium Jesuz inuocaret. mox beata virgine orāte: ille defunctus suscitat' et matri lachrimāti restituit. ¶ Item q̄dam discipulus apl'oꝝ symō appellatus innuptā filiā virginē habēs que subita morte decessit: ad beatā virginē flens accessit t rogans Maria q̄z eā ad vitā reuocauit: q̄ in marie cōsortio remānsit vsq̄ ad ei⁹ assūptiōez. Itē matrona q̄dā Judith nomīe christiana: cū gemīos siml' filios parturiret mortua ē. Cuius parētes t amici brām Mariā exorātes ipsa ad corpus accessit t inuocās iesū viuā hanc erexit ¶ Idē etiā Germanus narrat q̄ q̄dam mulier deuota de nūero fideliū marie nota: cū vnicū paruulū filiū br̄et eum in agro leo rapuit t detulit. hec cū flēs filiū diu q̄siuisset nec inuenisset: accessit ad mariā ꝙrēdo Cui ipsa. O mulier fiducia habe ī deū iesuz filiū meū q̄ potēs est tuū natū reddere viuū sanūq̄ puerꝫ. Horaq̄ leo sanū ipm reportauit t añ fores mr̄is collocauit. ¶ Itē tres iuuenes innocēter ad mortē ꝓdēnati cū ducerent' vinct' ad mortē mltiq̄ eos seq̄rent'. q̄dā christian⁹ ait. Jnuocate dñam mariā t i ei⁹ filiū credite t saluabimini. qō cū illi fecissent cum lachrimis Mariā inuocātes vt eriperent': mox vincula eoꝝ sūt soluta. Et q̄dā eoꝝ q̄ eos occidere volebāt in fugaz ỹsi sūt rapti maligno spiritu. Alij ỹo lumis acrisia sunt pcussi. t sic illi soluti sunt t abierunt ad Mariā adorātes eam gratias egerūt et

fidem christi receperunt. Multa alia refert idem Berma, que singula lōgū foret inscribere. Nā vt ipse idem testat̄ q̄tquot veniebant ad eam curabant curui: claudi: debiles atq; ceci nati: leprosi: paletici: surdi: muti ydropici: epilētici: febricitantes: z caducum morbū patiētes: z fluxū sanguis atq; frenetici. Ex omni etiā puincia multos z varios languētes ad Mariā ducebāt z curabant oēs. Per eam quoq; femine plurime pregnātes de part⁹ periculo sunt liberate cum nomē eius inuocabāt. Sed et multi in carceribꝰ z vinculis detēti p ei⁹ merita sunt redempti. Hec Germanus. O igit virgo gratiosissima oīm gratia et gloria plena. O dei mater inclita sub tuum p̄sidium p̄fugimus ne despice nos in necessitatibꝰ: sed a periculis cunctis libera nos virgo glorioſissima. Amen.

¶ Incipit liber octau⁹ de sanctissima virginitate Marie.

OCtauus liber

o agit ō misterio purissime virginitatis bñdicte matris dei Et diuidit in tres partes In prima parte agit de ipsa eius certissima z dignissima virginitate. In secūda incidētaliter agit de ei⁹ virginitatis sancta societate seu eius virgīalis spōsi vicz Joseph sanctitate. ¶ In tercia agit de eius virginitatis summa puritate.

¶ Pars p̄ma de verissima dignissimaq; ac approbata virginitate beate Marie.

ECce virgo cōci-

e piet z pariet filium Esa. vij. cap. Pulcerrime p̄pheta spūsctō edoctus matris dei virginitatē p̄confessans verbis in p̄missis ostēdit q̄ dignissimo miraculo dei filius incarnari deberet ex ipsa virgine: vt virgo cōcipet z virgo pareret z deum verū generaret. Unde subdit. Quia vocabit inq̄t nomē eius emanuel: qd̄ est nobiscū deus. De hoc admirādo exclamat Origenes in O mel' sup illud Luce. Cum esset desponsata mater Jesu maria: dicēs in hec verba. O magne admiratōis gratia. O inenarrabilis suauitas. O ineffabile sacramētū. ipsa est eadē mater. ipsa est eadem virgo. ipsa genitrix z ipsa ancilla. ipsa est que genuit deum z hominē. Quis vnq̄ audiuit talia. q̄s vnq̄ potuit vt virgo esset z mater. Virgo inquā in p̄ceptu: virgo in partu: z post partū. Immaculata mr̄ z incorrupta mater vnigeniti filij dei dñi nostri Jesu christi. qui est in celis p̄m diuinitatē in sinu patris: z est i terris p̄m carnem in sinu matris. in celis de patre sine matre generatus. et in terris de matre sine patre genitus. Hec est illa nouitas Hieremie vaticinio p̄nūciata. Nouum inquit faciet dñs sup terraz: femia circūdabit virum. O femina sup femias bñdicta q̄ virum nō nouit z virum p̄fectum christū suo vtero circūdedit. Extat maria cū p̄cipit virgo grauida: dū parit virgo puerpera: z post partuz virgo p̄petua. p̄clara illa virginitas et glorioſa fecūditas. De hac eius virginitate Esaias p̄dicēs ait. Dabit dominus ipe vobis signū. vere signum mirabile. vere signum amabile z summe ad salutē nostram vtile. quia Ecce inquit virgo cōcipiet z̄c.

¶ Quoniā in parte ista agere intēdimus de ipsa virginitate matris dei: libeat tria misteria de ipsa declarari.

¶ Primū mysteriū dicit cōgruitatis.

¶ Secūdum mysteriū dicit dignitatis.

¶ Terciū mysteriū ꝺr attestabilitatis

¶ Articulus primus q̄ summe cōgruebat atq; decebat vt mater filij dei foret veraciter virgo p̄petua. et hoc rationibꝰ quinq; infrascriptis.

QUrca primū mi-

c isteriū. s. cōgruitatis inuestigabimus vnde istud cōgruebat vl' q̄re decuerit vt dei mater foret virgo p̄petua cū deus eque poterat nasci z cōcipi de muliere cōiugata. ¶ Et quo ad hoc potest taliter argui. ¶ Primo p̄supponit q̄ si homo nō peccasset nihilomin⁹ deus incarnat⁹ fuisset. tum rōne nimie dilectōis: quia nō minus diligēdus erat hō ante lapsum q̄ post. Unde Joh. iij. Sic deus dilexit mūdū vt filiū suum vnigenitū daret z̄c. tum etiā ratione p̄fectōis vniuersi. al's em̄ defecisset in vniuerso q̄rtus modus p̄ducēdi hoiem scz de mr̄iere sine viro. z hāc viam tenet Scotus sup. iij. dist. vij. ¶ Secundo p̄supponit q̄ si hō nō peccasset nō nisi electi fuissent generati. Un̄ Grego. li. iij. moral'. dicit. Si p̄mi parentes nō peccassent: nequaq; ex se fi-

lios gebēne generassent. Hec ille. ¶ Tercio pſupponit q si nō peccassent in paradiso homies omnes vsi fuissent matrimonio vt implerēt pceptum dñi Crescite et multiplicamini Beñ. ij. quia oēs multiplicationi speciei dedissent operam. eoq hoc preceptum domini pscriptum scz crescite z multiplicamini: dictū est pro oñi posteritate ade fm Richar. in secūdo dist. xx. q. ij. art. j. Ue rūtamē sine oñi peccato z macula in paradiso carnali copla conuenissent z fuisset ibi thorus imaculatus z cōmixtio sine concupiscētia, vt ait magister sco eadē dist. xx. ca. ij. et Augustin⁹ sup Beñ. approbat. ¶ Quarto pſupponit q si nō peccassent in paradiso tot fuissent mares quot femine. Hoc ostenditur fm sentētiam Bonauen. z Richar. super secūdo vbi sup breuiter sic. quia ex quo inquit oēs vsi fuissent matrimonio in paradiso vt implerēt illud preceptum domini Crescite z multiplicamini. Et quoniā in illo statu nullus masculus habuisset plures vxores: cum inspiratiōe spiritussancti dixit Adam Beneſ. ij. Erunt duo in carne vna. Nulla etiam mulier fuisz sine viro nec vir sine muliere: nec vna plures viros habuisset vt duo tm essent in carne vna. nec aliqs aut aliqua mortez sensisset. sequit q tot mares nascerent quot femie si Adam nō peccasset nec aliquis de stirpe eius. q cor. Thomas. ¶ Istis suppositiōib⁹ habitis christus dei filius in paradiso carnem assumēs non videt quomō de virgine eam assumpsisset sed ex matrimonio. ¶ Si pro illo statu hoc cōgruisset. cur et pro isto statu moderno id nō decens fuisset. ¶ Ad quod ptin⁹ respōdendo dico saluo meliori iudicio admittendo oēs dictas pſuppositōnes q in illo statu scz innocētie cum completus fuisset numer⁹ electorum in fine generatōis humane seu p pagatiōis vltimo geniti homies nō conuenissent carnali copula: sed in virginitate purissima persistissent: cum sciētes impletū numerū electoz: nouissent quia nō foret opus vt plem generarēt. cum matrimoniū nō fuerat istitutū in paradiso ante peccatū p illō preceptum Crescite z multiplicami: nisi p pter officium. scz causa sobolis pcreāde ad cultum dei fm doctores sup quarto. Potuisset ergo fieri vt christus in vltime generationis tempore venisz: vel forte si antea tūc reuelādo certificasset suam matrē de virginitate seruanda. Unde posito q et si homo nō peccasset christus incarnatus fuisset nihilomin⁹ ex virgie Maria sine virili semie licet in illo statu nō assumpsisset christ⁹ corpus passibile. quia non fuisset necessariū p redemptiōe homis eum mori: nec aliqs de solis electis eum occidisset. ¶ Notandum ꝙo est q christus assumere carnem poterat qdem etiam p statu moderno de corrupta vel cōiugata ex viro z muliere fm legez nature institute in paradiso. sed non decebat. imo summe erat ꝓgruū vt de incorrupta virgine spiritusancto operāte ꝓciperet z nasceret: pcipue quinq rationibus: quas ponunt Bonauen. Richar. Tho. z cōcordant doctores sup. iij. dist. xij.

¶ Prima ratio accipit ex pte pris.
¶ Secūda ex parte matris.
¶ Tercia ex parte patris.
¶ Quarta ex pte finis diuie incarnatōis.
¶ Quinta ex parte vniuersalis pfectōis

Prima ratio ex pte pris id est filij dei. Haz filius dei est verbum patr⁹ eterni qui nascitur ab eo per incorruptionē: sicut ꝙbū absq omni cordis corruptiōe cōcipit z in vocem sine corruptiōe egreditur z orit: ab ore quoq absq carnis corruptione pfertur. p pter quod Joh. j. In principio erat verbū et verbum erat apud deum z de⁹ erat verbum. Quia ergo christi caro sic fuit ex virgine assumpta vt esset caro verbi dei Ideo cōueniēs fuit vt sine corruptiōe matris cōciperet z pareret de incorrupto virgis vtero. Unde Augustin⁹ in sermone. xliij. de natiuitate christi dic. Maria mater christi electa est sup omnes creaturas z pelecta: vt de mūdissima matre mūdissim⁹ nasceret filius quia sicut in celo habuit christus patrē immortalē z incorruptibilē, sic z in terra habuit matrē oñi corruptiōe carētem. igitur in celo qualis est pater talis est filius. sic z in terra qualis est mater talis fm carnē est filius Hec ille. ¶ Secūda rō accipit ex parte matris. Cōgruuz em erat vt dei mater summa dignitate honorareť. qa hoc spectat ad honorē filij. Unū z Exo. xx. pceptū diuinuz est Honora patrē z matrē. Hinc di fil⁹ in mūdo oriēs honorem matris nō debuit violare vel diminuere, sed qz dignitas ꝓginalis in ecclesia pcelsior est aliis, ergo illa debuit ma

tri dei attribui. Unde si christus matrẽ sue virginitatẽ pmisisset violari vel ante partu vel in partu vel post partũ: eoipso matrẽ dignitatẽ violasset ꝛ suum honorẽ minorasset quod nõ expedit christo, quia scriptum est Prouerb. xv. Stultus homo despicit matrẽ suã. ꝛ eiusdẽ cap. xvij. Gloria filiorũ parẽtes eorum. ¶ Tercia ratio accipit ex parte dei patrẽ. vt sc̃z ipsi deo patri seruaret dignitas, quia cum christus sit ver⁹ deus: nõ fuit cõueniẽs vt alium patrẽ haberet q̃ deũ: ne dignitas paterna trãsferretur ad alium. ¶ Quarta ratio accipit ex parte finis incarnationis. Nam ad hoc fuit incarnatio christi vt homĩes in filios dei transferrent ꝛ renascerent. Unde Joh. j. Dedit eis ptãtẽ filios dei fieri his q̃ credũt in noĩe eius, sed hij nõ ex sanguinibꝫ neq̃ ex volũtate carnis: neq̃ ex volũtate viri nati sunt vel nascunt, sed ex deo, id est dei virtute qua fit vt homĩes spiritualiter renascant in deo. ¶ Nota autẽ q̃ fm Nicolaũ de lyra per carnem hic intelligitur mulier: iuxta illõ Genes. ij. Os ex ossibus meis et caro de carne mea, quia femina parum participat de rõne respectu viri. Filij ergo dei nõ debebãt generari vl̃ nasci volũtate carnis ꝛ viri, id est cognitione maris et femine. Unde propter hũc finem incarnatiõis significãdum oportebat christũ nasci de virgine virtute diuina spiritussancti. Unde Augustin⁹ libro de sctã virgĩtate ait. Oportebat caput nostrũ scilicet christũ insigni miraculo fm corpus nasci de virgine vt significaret membra sua de virgine ecclesia nascitura fm spiritum. Idem in sermone de natiuitate dicit Fas inquit nõ erat vt per eius aduẽtum tolleret matris virginitas: qui veniebat nos a corruptiõe sanare. Hec ille. ¶ Quinta ratio vniuersalis perfectiõis: que est excerpta ab Anselmo libro. j. Cur deus homo. Quatuor inq̃t modis poterat deus hominẽ facere. ¶ Primo sine viro et sine muliere: sicut fecit Adam ex terra. ¶ Secundo ex viro sine muliere, sicut fecit Euam de viri latere. Tercio ex viro ꝛ muliere sicut cõmuniter oĩes nos habemus nasci. ¶ Quarto ex muliere sine viro. Quoniã autẽ primi tres modi in mũdo pcesserãt oportebat ad cõplemẽtum et perfectionem vniuersi quartũ modum inducere vt fieret homo ex virgine sine viro miraculosa spiritussancti operatiõe, quod completum est in christi incarnatiõe. O igitur diuine sapiẽtie abissus q̃ cõgruẽtissimo modo in oĩbus supra infirme nostre mẽtis capacitatẽ operaris. O homo: o fidelis aĩa pẽsa diligẽter, quia pro te maxima ꝛ indicibilia deus voluit facere, vt eĩ te redimeret ñ horruit virginis vter̃ ingredi: ex ea nasci: ꝛ per eã educari. O glorioſissima domina virgo Maria vere omni laude es dignissima, vtpote dei mater electa rẽ. Vere virgo supbenedicta multuꝫ tibi debemus regratiari et seruire, quia ex te ortus est sol iusticie christ⁹ deus noster. O igitur domina nostra ora pro nobis.

¶ Articulus secũdus de priuilegĩs honoris ꝛ glorie quibus p̃dotata ꝛ dignificata ẽ virginitas Marie.

Secũdum misterium dicit dignitatẽ. Reuera virginitas beate Marie est maxime dignitatis vtpote maximis priuilegĩs et honoribus predotata. Ut aũt plura sub breuitate pstringam⁹: quinq̃ precipua notabimus que faciũt ad excellẽtiam dignitatis eius virginitatẽ.

¶ Primum est quia eius virginitas est omniũ prima.
¶ Secundum quia eius virginitas est purissima.
¶ Tercium quia est deo fecunda, et sic singularissima.
¶ Quartum est quia est omnium miraculosissima
¶ Quintum est quia est omnium fructuosissima.

Primũ itaq̃ priuilegium dignitatis ipsius virginitatis beate Marie est: quia est omnium prima. Unde ipsa est virgo virginũ appellata: quod ipsi optime congruit triplici ratione.

¶ Primo ratione primatõis.
¶ Secundo ratione significatõis.
¶ Tercio ratione prelationis.

Primo ratione primationis, quia nec primam similem visa est nec habere sequentem vt canit ecclesia. Merito igitur dicitur virgo virginũ Maria, quia est omniuꝫ virginum mater virginitate prima vel ꝑmiceria quoniam sine precepto consilio et exemplo

primo oim gloriosum munus virginitatis deo obtulit p quod t oñes virgines p imitationē in virginitate genuit. Hinc ps. Adducent regi virgines post eā primi eius afferētur tibi. ¶ Si petas t dicas, Cur nō magis christo attribuit hoc priuilegiū q dicat virgo virginū: cū christi virginitas sit excellentissima t dignissima, vtpote deo vnita vnione psonali. ¶ Ad hoc respōdet fm magnū Alber. sup missus est. ca. clxxxvij. q hoc nomē virgo virginū christo nō conuenit: licet christi virginitas oim virginitatē etiā matris pcellat. qz ipse christ⁹ nō fuit primus virginū tpe. sed ipsius mater: que primo per votū virginitatis obprobriū abstulit sterilitatis t eā in se cōsecrauit. ipsa quoq; ygo deū genuit que t fecunda extitit t virginitatem ppetuā vouit t tenuit. sicut claret in decret. xxvij. q. ij. ca. j. vbi dicit q beata ygo Maria vouit virginitatē ppetuam. Christo aūt hoc nō cōuenit: cum in sua virginitate non genuit deum: sed ipse deus verus extitit.

¶ Secūdo beata virgo dicit virgo virginū ratione significatōis. quia in hmōi locutionibus significat excellentia fm grāmaticos vt cum dicit flos florū. i. excellēs oēs flores alios. Quia aūt beata virgo excellit oēs alias virgines in castitate t fecūditate q̄ simul in nulla alia virgine t in nullo inueniuntur ergo ipsa merito virgo virginū dicit. ¶ Tercio ratione plationis: quia ipsa est regina et dña oim aliaz virginū: et ipsaz post xp̄m in celo sequunt tanq̄ dñam oēs alie virgines Unde Cant. j. In odorē vnguentorū tuorū. currimus adolescētule dilexerunt te nimis. Et Apoca. xiiij. Hi sequunt agnū q̄cunq; ierit virgines em̄ sunt t̄. ¶ Secūdum priuilegiū virginitatis beate Marie est: quia est purissima: cui⁹ virginis puritas tāta est q maior sub deo neq̄t intelligi. vt ait Anselmus libro de ꝯceptu virginali. Maior ḡ t purior est eius virginitas omniū virginitate post xp̄m: etiā ygnitate angelorū. De hac eius puritate lati⁹ patebit pte vlti. hui⁹ libri

¶ Sed hic questio oritⁱ Quomō virginitas Marie pcellebat angelorū virginitatē: cum illorū ygnitas sit in deiformiori luce glorie t gratie t in natura spūali. beate aūt virginis virginitas in corpali natura q̄ min⁹ pura est spūali. quia minorē cōueniētiā habet ad summā lucez spiritualē que deus est: qui lux est in q̄ tenebre non sunt vlle. j. Johis. j. Unde sicut ania sensibilis purior est q̄s vegetatiua. et rōnalis purior q̄s sensibilis: ita angelica natura purior est q̄s humana. Ad qō facit q Dionisius libro de angelica hierarchia angelū dicit esse speculū purissimū in quo summe relucet imago diuīe puritatis t claritatis. Et p cōsequēs ygnitas beate Marie fuit inferioris puritatis t minoris gradus virginitate angelorū. ¶ Ad qō breuiter respōdet q ygnitas t puritas angelorū licet sit maior fm naturā q̄s būana beate virginis. fm tamē gratiā que est q̄si lumen creatū pcedēs a luce increata aliter est q̄a vbi maior est participatio gratie: ibi maior ad primā lucē appropinquatio. ergo vbi maior gratia vel summa: ibi maior appropīquatio et in summo ibi t puritas ī summo. sed in beata virgine respectu oim creaturārū aliaz nō vnitaz fuit gratia in summo ergo appropīnq̄tio ad primā lucez in summo. et per cōsequēs puritas in summo. Licz autem in beatissima virgine fm statū vie fuerit gratia min⁹ deiformis q̄s in angelis q̄s tum ad actum. quia in illis fuit fm statū patrie: in virgine fm statū vie. tamē q̄tum ad substantiā gratia in beata virgine fuit deiformior q̄s in angelis. sicut patebit cū ō caritate beate virginis agēt libro. ix. de hoc latius. ¶ Notandū aūt q virginitas homis pcellit virginitatē angelicam in quatuor. in quib⁹ beate virginis virginitas pcellebat ī supremo. put Albertus magnus dicit sup missus est.

¶ Primo quia virginitas homis est multiplicior.

¶ Secundo quia est nobilior

¶ Tercio quia est glorioſior.

¶ Quarto quia est fructuosior.

Primo pcellit ygnitas būana qz est multiplicior q̄s angelica. Nā angelica ygnitas est simplex in spūali tm̄ eoz natura. būana yo duplex: qz in corpe t aīa q̄z vtrūq; sume fuit in benedicta maria. Unū. xxxij. q. v. c. sicut em̄. Crisostom⁹ dicit. q illa est gliosa in corpore virginitas quā cōplectit sancti ꝓpositi volūtas. ¶ Secūdo quia est nobilior. nam angelica ygnitas ex natura est: būana ex gra que nobilior est q̄s natura. Hinc Bernard⁹ plus inq̄t gaudeo bone Jesu angelis sup terri ex gra tua q̄s angelum fuisse ex natura.

Hec ille. ¶ Tercio quia est glorioſior: cum virginitas angelica est ſine oñis pugne victoria, iſta aũt ſcz humana cum gloriosa pugne victoria. Uñ glo. ſ. Lor. vij. dicit, Maior est inq victoria virginũ q̃s angelor. angeli eñ ſine carne viuũt: virgines ꝓo in carne triũphãt. Hec ibi. ¶ Quarto qz est fructuosior. Angelica eñ nõ merek: cũ angeli non sint in statu merendi ꝓmiũ essentiale, hõ autem ꝓ virginitate mereť dupl'r, ſcz in corpe et aĩa: z insup aureolã que nõ dať angelis sed hoĩbus virginib⁹, ꝓpter qõ q̃dam in vitas patrũ legiť dixisse se nolle q⁹ deus fecisset cum angelũ: q̃n potius velle q⁹ fact⁹ est hõ: sciens q̃a plus potest mereri hõ q̃s multi angeli. Unde his oĩbus modis p̃cellit impro portionabiliter sup oẽs virginitas Marie ¶ Terciũ priuilegiũ dignitatis ipsius virginitatis beate Marie est: q̃a est deo fecunda z ꝑ ꝓsequẽs singularissima z gloriosissima. Unde de ipsa caniť in ecclesia Uirgo singularis inter oẽs mitis. Et itez, O gloriosissima dña excelsa sup sidera: q̃ te creault puide lactasti sacro vbere. Propter qõ Damas. vocat eam virginẽ theotocos in greco qõ sonat mater dei vel genitrix ďi in latino. In hoc priuilegio excellit oẽm creaturã angelicã z humanã, q̃a cũ alij dicanť serui dei vel amici xp̃i: aut fratres z coheredes: ipsa sola dicit mater dei naturalis. Et de hoc q̃stiones pulchre tacte sunt li. ij. parte. ſ. arti. j. ¶ Quartũ priuilegiũ virginitatis Marie quia est oĩm miraculosissima: qz q⁹ virgo est et mater nõ q̃dem tm̃ hoĩs sed et ďi: est oĩm nouor nouissimũ z miraculor maximũ. vt ait Dionisius. Uñ merito de ea dicit illud Eccĩ. xlij. Uas admirabile op⁹ excelsi. Si mirũ valde mirabile esset vas qõ mai⁹ seipso cõtineret, z hoc est in beata virgine. Unde canit eccl'ia. Uirgo dei genitrix quẽ tot⁹ nõ capit orbis in tua se clausit viscera fact⁹ hõ. ¶ Item vas esset mirabile qõ vinũ z aquaz simul sine interstitione z tm̃ sine cõmixtione cõtineret. Sic btã virgo vinũ diuinitaťz et aquã humanitatis sine mixtione cõfusiõis naturarũ cõtinuit. Unde canit eccl'ia. Mirabile mysterium declarať: deus hõ factus est: id quod fuit ꝓmãsit z qõ nõ erat assumpsit nõ cõmixtionẽ passus neq diuisionem ¶ Item vas esset mirabile qõ manens clausum oĩa in se reciperet z clausum effunderet Illud aũt sanctissimuz vas est beata virgo que deum cõcepit virgo z post partũ virgo ꝓmãsit. Multa alia miracula que fuerũt in cõceptu eius virgĩali: tacta sunt libro. ſ. ꝓte vlti. arti. iij. ¶ Quintũ priuilegiũ virginitatis Marie est: qz eius virginitas extitit fructuosissima. Unde canit eccl'ia. Bñdicta filia tu a dño qz ꝑ te fructum vite cõmunicauimus. Reuera ꝑ eius virginitatẽ deũ fratrẽ habemus z eterne vite participes effecti sumus. Et vt ait Anselm⁹ libro de cõceptu beate virgis. O mẽ inq bonũ ad qõ hõ cõditus fuerat ꝓdidit in Adam, et idẽ ipm bonũ multo excellẽti⁹ z felici⁹ recupauit bũana natura ꝑ Mariã. Numirũ septẽ bona ꝓcipua ꝓdidim⁹ in adã que recupauimus ꝑ virginẽ mariã felicissime. ¶ Primũ est peccati ĩmunitas z innocẽtia quã peccãdo ꝓdidit hõ, hoc maria felici⁹ in filio recuperauit: cum ipmmet deũ, ꝓ peccatis nostris satisfaciendũ obtulit, ꝓpter qõ Grego. dic̃. Felix culpa que talẽ z tãtũ meruit redẽptorem ¶ Secũdum bonũ est sanitas, nunq̃s eniz in statu innocẽtie manẽs homo fuisset infirmatus: aut aliquẽ morbũ passus, vt volunt doctores sup secũdo. Hãc felicissime recuperauit hõ ꝑ Mariã ꝑ quã obtinuit vt veniat ad resurrectionẽ gl'iosam z supnam patriã: vbi vt habeť Apoca. xxj. asterget deus oẽm lachrimaz ab oculis sanctor: z iam nõ erit amplius neq̃ luctus neq̃ clamor ſz nec vllus dolor. ¶ Tertiũ bonũ qõ ꝓdidimus est impassibilitas, q̃a corpus homis in illo statu ꝑseruabať ne pateret lesionem ab aliq̃ duro puta gladio: lapide: ligno: vl' ferro z̃. Nec etiam pateret frigus vel calorẽ: sed vl ueret in maxima tẽperãtia, z hoc partiz per ꝓpriam rationẽ: per quã vitasset nociua, partim ꝑ diuinam ꝓuidentiã que ipsum sic tuebať vt nil ei occurreret a quo lederetur, vt vult magister z docto. in secũdo. Hoc felicissime recupauit homo ꝑ virginẽ Mariaz per cuius fructuz virginalem habebimus in futuro dotem impassibilitatis. ¶ Quartum bonum quod ꝓdidimus est imortalitas, quia si nõ peccasset Adam nunq̃s mortis nexum incurrisset homo. vt vult Augustinus libro de questionibus veteris et noui testamẽti. Hanc glorioſissime recuperauim⁹ ꝑ Mariã ꝑ quã celestiz gl'ie z vite sempiterne apta ẽ nob ianua mediãte ei⁹ fructu

sacratissime virginitatis, i. christo. ¶ Quin tū bonū omnis defect⁹ incōmoditat⁹ t turpitudinis elongatio: q̄ fuisset in paradiso si nō peccasset homo, nam t dormiuisset absq̄ omni brutali turpitudine: nec in sumēdo cibū fuisset passus quo ad digestionē in stomacho vel capite aliquē defectum vel incōmoditatē, t licet in cibo assumpto fuisset aliqua fimulnea vel impuritas que nō fuisset in nutrimētū homis cōuersa: vnde superfluitates emisisset, tū fuisset diuinit⁹ puisum ne aliqua turpitudo seu indecētia aut fetor ex hoc resultaret, nec quo ad corpis nuditatez nec al's aliquez defectū aut turpitudinē bō passus fuisset. verū p virginē Mariā obtin⁹ celestē patriaz: vbi erim⁹ sicut angeli in celo vbi aberit oīnis defectus: oīs deformitas t indecētia: t aderit oē bonum, vt ait August⁹. ¶ Septum bonū qō pdidim⁹ in Adam est libertas, nō eīm homo homī dominat⁹ fuisset, nūc ꝓ felicissimā venim⁹ in libertatem filiorū dei p fructū virginis marie, quia sum⁹ filij t heredes dei coheredes aūt christi Roma. viij. ¶ Septimū bonuz sapiētie et scientie limpiditas. Clariorē enīz habuissemus ꝓgnitionē de deo: de angelis et de creaturis q̄s modo. Unde Aug⁹. xj. super Genī. ad litterā dicit. Fortassis deus ꝑmis hominibꝫ loquebat antea: sicut cū angelis loquit ipa veritate imutabili illustrās mentes eor: et si nō tanta participatōe diuine essentie quanta capiunt angeli. Hec ille. Hoc bonū felicissime recupatū est p mariā per cui⁹ fructū virginalē illuminati sum⁹ in fide t tādem veniemus ad clarissimū lumē visionis diuīe. O igit felicissima ꝰgo Maria merito tibi dixit angelus Luce. j. Inuenisti grām apud dīm, qm̄ oēm gratiā quaz in Adam amisimus tu inuenisti: t inuētam nobis restituisti. O glorioſissima dña: quid laudis: quid gratiarū actiōis: quid ve seruitutis tibi retribuamus t̄c, vere toto posse tibi seruire t te laudare obligamur.

¶ Articulus tercius q̄ virginitatem beate Marie attestantur et approbant plurima testimonia t precipue duodecim generum.

Tercium misterium hic declarandū dicitur attestabilitatis, vt eīm mens humana infirma et ad credenduz tarda solidet in fide catholica et certius agnoscat virginitatem veriſſimā beatissime Marie: iuxta numerū duodecim stellaruz in corona capitis eius duodecim testimonia t firmamenta si dei eius describunt: q̄bus attestat t approbat ipsius beate Marie virginitas. et his tanq̄ duodecim stellis attestantibus suam virginitatē ipsa gloriat, que q̄dem in tribꝫ q̄ternarijs ordinant, vt patet intuenti.

¶ Primū testimoniū dicit figurarū diuinarum multiplicitas.
¶ Secundū, ꝓphetiaꝝ diuersitas
¶ Tercium scripturaꝝ cōcors veritas.
¶ Quartum ecclesie sanctoꝝ autoritas.
Quintum angeloꝝ infallibilitas.
¶ Septum testium irrepḧensibilitas
¶ Septimū rationū theologorum confirmabilitas.
¶ Octauum fidei christianoꝝ stabilitas
Nonū gentiliū scripturaꝝ pluralitas
¶ Decimū ꝓphicaꝝ rerum exemplaritas.
¶ Undecimū mūdialiū hoīm credulitas.
¶ Duodecimū miraculorū limpiditas.

¶ Capitulum. I.

Prima itaq̄ stella testimoniuz dans p virginitati Marie dicitur diuinarū figurarū multiplicitas: quod certe testimoniū est infallibile. quia cum deus sit sūma veritas t bonitas vt cōmunis cōceptio est oīm etiam philosophoꝝ: nec igit falli nec fallere potest. Deus aūt in sua lege per multas figuras pōstēdit quia virgo deum generare debuit, igitur t̄c. ¶ Innumerabiles aūt figure huius a deo p̄mōstrate sūt, vt patet per totum campuz veteris legis et per singulos patriarchas ex quib⁹ hic aliq̄ pducamus: multis alijs resecatis causa breuitatis. ¶ Primirū in Adā pceostēsa est virginitas Marie, quia sicut primus ipse homo de virginea terra formatus est, ita secūdus Adam christus de virginea carne formari debuit. ¶ Item in Eua que virgo existens mūdum dānauit. ergo virgo deū concipiens ab angelo salutata mūdum saluare debuit. Unde dixit domin⁹ in figurā huius Ipsa cōteret caput tuum: loq̄ns ad serpentem, quasi diceret: ipsam virginē decepisti: ergo t virgo conteret caput tuū. ¶ Itē Abel in virginitate ꝑm Augustinū accept⁹ erat deo. Respexit inq̄t dōs ad Abel et ad munera ei⁹, ad significādum q̄ mūera vir-

ginitatis summe accepta sunt deo in maria ¶ Itē Enoch in paradisum delicia⁹ est trās latus: ad figurandū, q⁹ in vte⁹ virgis tanq̄ in paradisum puritatis ⁊ sctitatis q̄ sunt delicie dei trāstulit se ipse deus: q̄ nō habitat i cor⁹pe subdito pctis Sap̄, j. ca, sed pascitur inter lilia virginitat⁹. Canti, vij. ¶ Itē Noe hoc postensum est cū accepit mādatū faciēdi arcam in q̄ genus hūanū saluaret a diluuio: ⁊ dictū est eidē, Fenestrā in arca facies ⁊ in cubito ꝯsūmabis eā Etem̄ fenestra ꝑm doctor⁹ fuit vitrea vel crūstallina q̄ lumen sine sui cor⁹ruptiōe recipet ⁊ aquā ab instillatione in arcam vel subintratiōe phiberet. Unde arca figurauit eccl'iam extra quā nō est salus homī, teste q̄ppe saluatore Math. vij, arta est via q̄ ducit ad vitā ⁊ pauci sunt q̄ inue, eā. Fenestra per quā illuminat arca id est ecclesia: est beata ꝯgo Maria q̄ interpretat illuminatrix ꝑ quā verū lumē. i. chr̄istus sine cor⁹ruptiōe virginitatis eius tanq̄ lux solaris sine vitri cor⁹ruptione intrauit.

¶ Deniq̄ hoc postensum est eidem: qñ colūba ad vesperā portās ramū oliue virentib⁹ foliis in or⁹e annūciauit cessasse aq̄s diluuij Colūba em̄ figurat puritatē, q⁹ pura ⁊ mūda amat loca Sed ⁊ virentia folia arboris virginitatē significāt Marie: q̄ pacē a deo reddītā hoib⁹ annūciauit: vergēte mūdi vespere cū chr̄istū in vtero portauit. ¶ Itē hoc postensum est Abrae qñ filiū suū Isaac genuit ꝑ repromissionē miraculose: diuīa virtute faciēte. ¶ Item Jacob qñ vidit scalam cui⁹ sūmitas celos tāgebat: ⁊ dñm innix⁹ scale ⁊ descēdētes angelos ⁊c. Scala hec ē Maria cui dñs est innix⁹ ꝑ incarnationē: ab ea angeli ꝑ eius ꝯgitatē pace firmata cū hoīe ad nos descēdūt. Et vt ait Hiero. Sē per angelis cognata est ꝯginitas. vñ ꝑ hoc figurata est virginitas Marie. ¶ Itē Moyses videns rubū ardentē non cōburi in q̄ apparuit deus: intellexit ꝯseruatā virginitatē dei genitricis. Itē Aaron virga q̄ florzuit sicca pmanēte Nume, xvij, figurat ꝯginitatē Marie. ¶ Et vt breuiter plura cōplectar oēs figure veteris testamēti huic rei cōcor⁹dant: quas si vellemus ante deficerem⁹ q̄s ꝑ singula enarrare possemus.

¶ Capitulum. II.

Secūda stella dicit ꝓphetiarum claritas, Cum em̄ vt ait Petrus, ij, canonica. cap̄. j. Non voluntate humana est allata ꝓphetia sed spūsctō inspirāte, clarū est cor⁹ testimoniū esse certissimū. Hoc ꝯ per oīm ꝓphetar⁹ or⁹a clamauit spūsctūs: q̄a virgo deū debuit cōcipe. ¶ Ūñ Esa. xj. Egredietur virga de radice iesse ⁊ flos ⁊c. Flos em̄ sine cor⁹ruptōne ex virga generat: ita xp̄s ex virgine. Itē ca, vij, Ecce virgo ꝯcipiet ⁊c. ¶ Itē Hiere. xxxj. Nouū faciet dñs sup terrā, femīa circūdabit virū. Hoc certe nouū fuit in mūdo vt virgo ꝯcipet virū: q⁹ nec similē visa est nec habere sequentē. ¶ Itē Eze chiel'. xliij. Porta hec clausa erit ⁊ vir nō ꝑ trāsibit ꝑ eā: q⁹ dñs deus ingressus est ꝑ eā ¶ Itē hoc significat Daniel' ca. ij, in lapide ꝑciso sine manib⁹ ⁊ in multis alijs ꝓphetijs de q̄bus quia longū est scribere ꝑtrāseo.

¶ Capitulum. III.

Tercia stella dicitur scripturarū cōcor⁹ veritas. Nam ꝑm Scotū in plogo li, sentētia⁹, q. ij, in nō euidē/tibus ex terminis nec ex principijs euidentiam habētibus nō cōsonāt firmiter ⁊ infallibiliter ac generaliter mīti diuersimode dispositi: nisi a causa supior⁹e ipsor⁹ intellectus inclinet ad assensum. Sed scriptor⁹es canonice scripture varie dispositi ⁊ varijs tēporibus existentes in tali nō euidēti vic⁹ q⁹ vir go deum generaret: ⁊ alijs articulis fidei oīno cōsonabant ⁊ cōsonant. Ideo sequit q⁹ ipsi a causa supiori id est a deo dirigantur ⁊ dirigunt q̄ nō potest esse autor falsitatis cū sit summa veritas. Hinirū huius ratōnis maior ꝓbat ꝑ Augustinū, xviij. de ciui. dei. ca. xlij. dicentem, Neq̄ inq̄t in multitudine philosophor⁹ facile quis iuenit inter quos multa que senserunt qui cōueniant, labore nempe nimio munimenta suorū dogmatus philosophi reliquerūt que discipuli legentes: licet in aliquibus essent assentientes priorib⁹ tanq̄ discipuli, alia tamen improbauerunt et quādoq̄ discipuli contradixerunt fere per omnia magistro: vt Aristotiles platoni ⁊c. ¶ Quomō ergo non cōtradixissent posteriores nostri sancti prioribus patribus in aliquib⁹ ad fidē ptinētib⁹ si nō habuissent doctorē cōmunē eorū intellectū ad eadem nō euidētia inclinantem. etem̄ totum vetus testamētū ⁊ nouū omniū⁹q̄ doctorum scripta sanctorum a principio vsq̄ chr̄istū ⁊ a chr̄isto vsq̄ modo ꝯcor⁹dant nec

in his que fidei sunt ⁊ legis ī puncto discordāt, licz in opinionib⁹ ꝓbabilib⁹ que fidē nō corrūpunt aliter ⁊ aliter senserint. Propter ea Leo papa ī ſmōe de octaua natiuitat⁹ dñi dicit sic, Diuina autoritas est cui credim⁹: diuina est doctrina quā sequmur, qm̄ siue legis testificatōi: siue oraculis ꝓphetar: siue euangelice tube auditū admoneam⁹ vtiqz vere ē qđ btūs Johes spūsctō plen⁹ intonuit. In ꝓncipio erat ꝙbum ⁊ verbū erat apud deū ⁊ de⁹ erat verbū. Et illud qđ adiecit, ⁊ ꝙbum caro factū est ⁊ habi. ⁊c.

¶ Capitulū. IIII.

Quarta stella est ecclie sctōr autoritas, qz nempe ecclia catholica a spiritu sctō dirigit ⁊ regitur, iuxta illud Math. x. Nō ei vos estis q̄ loq̄mini sz spiritus p̄tis vr̄i q̄ loquit in vobis. Un̄ patet qz ipa errare nō pōt in fide qz spūsctō inspirante locuti sūt scti dei hoies ecclie, s. fundatores. ij. Pet. j. Ad qđ faciūt iura, xxiij. q. j. A recta in sede, xxv. q. j. Uiolatores. Itē, xj. di. Quis in fi. Et, xij. di. ca. j. ⁊ ca. se. Sed qz tota ecclia catholica hāc fidē dogmatisauit ⁊ credit, Oēs q̄z scti a ꝓncipio ī hac fide sūt saluari. Null⁹ ꝙo extra fidē ecclie catholice saluari pōt aut sctificari, vt ptz, xxiij. q. j. alienus. Itē, xxiij. q. iij. ipa pietas. Et extra de hereticis ca. firmissime. Igit hec fides est verissima.

¶ Capitulū. V.

Quinta stella angelor⁹ infallibilitas. Angeli q̄ppe dei cū sint noticia dei pleni nō pūt falli. Hz ipi infallibile testimoniū ferūt de ꝙginitate Marie ⁊ diuinitate dñi ihu. igit ⁊c. ¶ Q aūt angeli testent virginalē ꝓceptū dñe: claret in pluribus locis veteris ⁊ noui testamēti, q̄bus plimi angeli legūt id testasse. Et vt de ceteris ptrāseaz alicūs tm̄ mō angelos ī mediū ꝓducā. Quid aliud nēpe angel⁹ dñi apparēs Danieli, vt patz ei⁹ ca. ix. testat cū ait, Septuaginta inquit hebdomades abbreuiate sūt sup ꝓplm tuū ⁊ sup vrbē sctām vt ꝓsumet̄ ꝓuaricatio ⁊ finē accipiat pctm̄ ⁊ adducat iustitia sempiterna: ⁊ impleat visio ⁊ ꝓphetia ⁊ vngatur sctūssctōr. i. xp̄s q̄ vnctōne spūssctī plen⁹: a spūsctō ꝓcept⁹ est iuxta p̄teritas visiones ⁊ ꝓphetias ⁊c. Itē in nouo testamēto angelus Gabriel testat⁹ est cū req̄situs ē a ꝙgine bñdicta de sacro incarnatōnis. Quō inq̄t fiet istud: qm̄ virū nō cogsco. Rndit. Spūssanctus supueniet in te ⁊c. Luc. j. Preterea angelus ille qui apparuit Joseph qm̄ volebat occulte dimittere Mariā testimoniū reddidit cū ait, Noli timere accipe Mariā cōiugem tuā. Qđ em̄ in ea natū est de spūsctō ē Math. j. Cui testimonio supaddit ⁊ ptestatio quā fecit angel⁹ apparēs pastoribus in die natiuitat⁹ dñi: necnō oīs ille exercit⁹ angelorū canentiū. Glia in excelsis deo: ⁊ in terra pax hoīb⁹ ⁊c. ¶ Si dicas, ego nescio cū presens nō fuerim nec viderim: si hec oīa taliter se habuerūt in ꝓtate: ⁊ talia ꝙba angeli boni dixerūt sicut sonāt euāgelia: vel vtrū aliter fuerit. ¶ Rndet cū August. x. de ciui. dei. ca. xvij. q̄ sic potes dicere. Utrū de⁹ creauerit mūdū ⁊ imortalia te nescire vl̄ dubitare cū pūs nō fueris tpe creatōis: nec imortalia videris. Un̄ ibidē ca. viij. dicit Augu. Si libris magicis siue cirurgūs credūt hoices curtis euāgelicis nolūt credere ita esse facta ⁊c. Et iterū ſm Gregorij dictū. Manifestū est quēcūqz hoiem credere necessario ea q̄ non vidit. Nā quō credis te habuisse abauū vl̄ ꝓthauū quē nūqz vidisti. Multofort⁹ credēdū est deo ī scpturis loquēti secure, q̄ deo nosipsos cōmittim⁹ in fide q̄ decipe vel decipi nō pt cū ipe sit sūma bonitas ⁊ summa veritas.

¶ Capm. VI.

Sexta stella dicit testiū irrepbēsibilitas, ipi q̄ppe testes q̄ docuerūt hāc fidē ⁊ testificati sūt fuerūt viri sctissimi ⁊ multi: alij q̄dem apli: alij martyres: alij eor⁹ ꝓfessores ⁊ doctores excellētissimi vitā sctissimā gerētes: ⁊ iō merito eis credendū ē q̄ nequaqz ipsi hāc fidē docuissent si fuisset ereonea, nec extimari pūt q̄ fuerint mentiti tāte sctitatis ⁊ tā multi viri: p̄cipue cū ipsi et eor⁹ lex vicz xp̄iana tanta seueritate menda cūi psecuti sūt: maxime in his q̄ sūt fidei, vt scptum sit p p̄s. Perdes oēs qui loquūt mēdaciū. ¶ Si dicas eos nō fuisse mētitos sz deceptos fore. ¶ Rndeo q̄ nullo mō ꝓtuerunt decipi in hac re. Primirū sex modis p̄t fieri vt q̄s decipiat ⁊ inducat ad reddendū falsum testimoniū q̄rū aliquī scz modi notātur ab Augu. xj. q. iij. ca. q̄ttuor. ⁊ ca. se. Itē iij. q. v. accusatores. ¶ Primo ꝓpter ignorantiā approbando falsum qđ putat esse verum. ¶ Scđo p prauā ꝓscientiā qm̄ nō attēdit q̄s nec curat quin falsum testificet. ¶ Tercio p auariciā cum q̄s ꝓpter donū vel lucrum falsum testimoniū reddit. ¶ Quarto p amici-

ciam dñ p alicui⁹ amore vl' amicicia falsa te stificat. ¶ Quinto p odiū malicīā: vt qz quez odit ꝓtra illū falsuz testimoniū reddit. ¶ Se xto p timoris vehemētiā sicut serui dñis ꝓpt timorē mētiunt ꝛc. Testes aūt sacre fidei ta les fuere q nullo ıstoz modoz potuerūt de cipi. ¶ Primo nō p ignorātiā: qz ipi habue rūt sciam infusaz a spūsctō docēte eos oēm ꝟitatē Joh. xuj. ꝛ icierūt oēm linguā ꝛ adeo fuerūt sapientes: vt totū mūdū illūinarēt nec poterāt resistre eis oēs aduersarij Luc. xxj. Ego dabo vob os ꝛ sa. cui nō po. ꝛc. ¶ Se cūdo nō p prauā ꝓsciam: qz fuerūt sctissimi adeo q ad orōnes eoz: imo ad solā vmbrā sanabant infirmi: pctōres aūt de⁹ nō exaudit Joh. ix. Et certe q̄d stulti⁹ fuisset q̄z tale mēdaciū ꝓtestari cū pdītōe rei corpis ꝛ aīe ac mūdi. Ad q̄z q̄dē oīm plcula se deo apli in ꝓtestatōe fidei obtulerūt. ¶ Tercio q̄z nō sunt decepti p ignarīciā: qz xps nil eis tpale dedit: imo aliq̄d tpale hīe ꝓhibuit ꝛ oīa cō tēnendo reliq̄rūt Math. ix. ¶ Quarto nō p pter viciatū amorē: qz poti⁹ debuissent ama re diuites ꝛ gl'iosos secli h⁹ q̄ eis ml'ta h⁹ se culi donaria ꝛ pspera ꝓmittebāt ꝛ insup cō minabant penis vt a fide recederēt ꝛ a pdi catōe cessarēt, ꝛ certe stultissimū fuisset tāto amore flagrari vt p falsa testificatōe alicui⁹ morti se exposuissent: qđ tñ fecerunt p xpo. ¶ Deniq̄z q̄nto nō p odiū q̄n poti⁹ p inimi cis ꝛ psecutoribz ac mortē inferētibz orabāt. Sz ꝛ sexto nō p timorē: qz nō timebāt etiaz morī: imo oēm penaz respuebāt ꝛ p gaudio ducebāt ꝟbera ꝛ cruciat⁹ Act. v. Ibāt apli gaudētes a ꝓspectu ꝓci. qm̄ digni habiti sūt p noīe ihu ꝓtu. pa. Uñ eoz testimoniū de ꝟginitate marie ꝛ dñi ihu diuitate ac alijs articulis fidei est sūme credibile.

¶ Capitulum. VII.

postea sine intermissiõe flebãt: z vnũ eorum aliis pñtib⁹ Cyrillus interrogauit cur tam dire lachrymas incessanter emitteret. At ille respõdit. Si inqt que sum exptus Cyrille nõ ignorares tibi semp inesset causa flet⁹. Illo reqrente rñdit. Ania inqt mea resoluta est a corpe tam grauiter z acerbe q̃ mens nõ capit bũana: nec ego nisi certa expientia didicissem credere valuissem: qz oĩs angustia z dolor quẽ extimaret hõ nihil reputaꝝ respectu illius angustie. Et itez: tanta inqt aduenięte mortis hora nephãdoꝝ spirituũ affuit multitudo vt oĩno dinumerari nõ possent: quoꝝ species talis erat q̃ ea nil horribilius nil pnitiosius cogitari pt. Potí⁹ eĩ q̃libet hoĩm flãmis ardẽtib⁹ arsuꝝ se exponeret q̃s formaꝝ coꝝ visiõe ĩ ictu oculi poturi. q̃ ad meveniẽdo oĩa q̃cũq̃ ꝺ deũ ppetraui ad memoriã reuocabãt suadẽdo vt de dei misericordia nõ sperarem. heu cur nõ aduertũt mortales q̃bus hoc eueniet qꝺ tũc mihi: vt nõ peccarẽt. Si g̃ causam mei fletus interrogas. timor penaꝝ est que peccatoribꝫ iuste dant. qua de re nõ mireris si plango: cuz potius si nõ plangerẽ vehemẽter admirari deberes. Hec z plura idẽ pfecut⁹ ẽ.

¶ Ad p positũ g̃ redeundo. ꝓtra hanc triplicẽ anxietatẽ in morte hoĩm deus ꝓtulit btẽ virgini ĩ sua morte triplicẽ maximã gr̃am quibus eã honorificauit ꝓuilegio speciali.

¶ Prima gr̃a q̃ ipam mori voluit sine dolore cũ suauissima dulcoratõe.

¶ Scꝺa q̃ ipam mori voluit sine meroze cũ letissima ꝓsolatõe.

¶ Tercia q̃ ipam mori voluit sine timore cum certissima assecuratõe.

¶ Prima itaq̃ gr̃a collata btẽ virgini ĩ sua morte est q̃ sine dolore: ĩmo cuz suauissimo dulcore spũs morerek: vt sicut a corruptiõe fuit extranea: ita z a dolore mortis sit aliena z hoc ꝓbatur ꝑm Alber. sup missus est. ca. clxxv. Quia cũ ꝑ ꝓuilegiũ ꝓcessum sit Johi euãgeliste. vt testat Hiero. in ꝓlogo sup Joban. Multo magꝭ g̃ debuit ꝓcedi beate virgini Amplí⁹: qm̃ scptum est Hañ. iij. De⁹ nõ punit bis in idipm. Si beata ẏgo in filij sui passione ꝓcussa est gladio doloris tanti vt esset ꝓ sũmo martyrio z maiorẽ sustineret dolorẽ q̃s fuit dolor mortꝭ in q̃cũq̃ martyre. g̃ cum tunc exoluit dolorẽ mortis nõ debuit iterato in hora mortis ꝺolorẽ habere. Hinc Damasce. Jpa inqt btã beataꝝ q̃ sup naturaꝝ dñationũ exaltata est dolores quos effugit pariẽs z etiã morieẽs: hos ĩ xpi passione sustinuit cõpatiens. Si diceres. Quõ potuit fieri vt in mortis sepatione nõ habuerit dolorẽ cum naturaliter ania inclinetur ad vnionẽ corpis: z qz eius ania fuit nobilissima: z nobilissimo ei⁹ corpi cõiũcta. Uñ sicut maior erat in coꝝ ꝓiunctõe delectatio naturalis: ita z in coꝝ sepatõe maior videt fuisse dolor. quẽadmodũ z in xpi morte acerbissim⁹ fuit dolor. Juxta illud Treñ. iij. O vos oẽs q̃ trãsitis p viã attendite z videte si est dolor silis sicut dolor meus. ¶ Rñdet ꝑm Alber. vbi sup. q̃ ipa p amoris magnitudine z ꝓtemplatõis suauitate in q̃ tũc fuit nõ sensit dolorẽ in sepatione. Nam maiores motus impediunt minores: ꝑm phm. Sicut aũt natura mouet z inclinat aniam ad corpus: ita charitas multo forti⁹ mouet z inclinat aniam ad xpm. Juxta illud apli. Cupio dissolui z esse cũ xpo. Poterat g̃ ille dulcor amoris z suauitas ꝓtẽplatõis omnẽ dolorẽ absorbere q̃ alias ex distrasia corpis solet euenire. Exemplũ de Moyse z Helya qui. xl. diebꝫ ieiunãtes nõ senserũt defectum famis z sitis ꝑ ꝓtẽplationis diuĩe dulcedĩe. Item de sctõ Laurentio z Tyburtio z aliis pluribꝫ martyribꝫ qui grauissima tormenta tãq̃ dulces epulas habuerũt ꝑ amoris xpi magnitudine. Uñ Aug. Oĩa ĩmania dulcia z leuia ac prope nulla facit amor. O felix amor xpi q̃s dulciter illaqueas q̃s suauiter p̃mis tẽ. Ex his accipe. iiij. puncta. ¶ Primũ q̃ btã ẏgo nõ decessit ifirmitate nec doloris ꝑssa necessitate vt ceteri solent obire.

¶ Scꝺm q̃ mẽs btẽ ẏginis ĩ ipa hora mortis fuit suspẽsa in ꝓtemplatiõe suauissima et amore xpi dulcissimo: z paulatiz interim ei⁹ complexio deficiebat vsq̃q̃ tandẽ sine dolore pcepto nõ interrupta ꝓtẽplatione sctissima ei⁹ ania corpus desereret. ¶ Tercium q̃ ipa nõ in lecto decumbẽs vt ceteri. Sed flexis genibꝫ eleuatis ad deũ manibꝫ credit migrasse. Sicut sile etiã de btõ Paulo primo heremita legit tẽ. ¶ Quartũ punctũ q̃ xps dñs debuit suscipe z habere maximos dolores in pte sensitiua xpter hoc vt satisfaceret ꝓ peccatis humani generis z redimeret ipm. Juxta illud. j. Pet. ij. Qui peccata nostra id est penas satisfactoriaꝝ ꝓ peccatis

nostris ipe ptulit in corpore suo xc. ¶ Ex qm̃ beata virgo nō p redemptōe generis humani ē mortua, iō non oportuit vt ipsa dolores mortis pateret: imo p speciale ꝓuilegiū ꝓpt incorruptionez debuit esse a dolore mortis aliena. ¶ Secōam grāz ꝓtra aliox hoim tristiciā z merorē habuit virgo: qz voluit deus ipam mori sine oīi merore cū letissima ꝓsolatione: etiā externa. Nā habuit ꝓsolationē in hora mortis sue multiplicē: qz tā ab aplis qui oēs affuerūt in eius trāsitu: vt testatur Dyoñ. in epla q̃ etiā a sctis angelis eā ꝓsolātibz z assistēubz. Si em̃ aliquib sancti credunt z legunt angeli in hora mortis ꝓsolationē exhibuisse: vt ptz de sctis Nico. Martino, Francisco xc. Multo magis id creditr de beata ꝑgine: imo insup habuit ꝓsolationē a dño ihu ipam dulciter ad celum inuitāte z tota celesti curia obulante sibi ad suscipiendū honorifice: qō deꝰ vult facere ipi ex speciali ꝓuilegio z gratia vt volunt plurimi doctorez z cōiter tenet ecclia. Vñ Hiero. i sermone de assumptōe dicit, Legim⁹ q̃ sepe ad funera sepulturasq; sanctox angelos adueniss z obsequia ꝓtitisse. necnō z aias eorū vsq; ad celū cum hymnis z laudib exultisse z eosdem mlto lumīe splēduisse. Ibidēq; miri odoris fragrantiā psensisse. Si igit talia z tanta circa defunctos deꝰ dignat⁹ est exhibere: q̃nto magis ei⁹ genitrici in die obitus sui credendū est celox milītiā obuiā adueniss eāq; ingenti lumīne circūfulsisse: vsq; ad thronū gl'ie cum laudib z canticis p̄duxisse. Quis illud cogitare sufficiat q̃ gl'iosa bodie regina mūdi ꝓcesserit q̃nto deuotionis affectu tota in ei⁹ occursum celestiū legionuz ꝓdierit multitudo: q̃ placito vultu: q̃ serena facie q̃ diuis amplexib a filio sit suscepta z sup omnē creaturā exaltata. Hec Hiero. Propterea nō īmerito satis cōgruēter z vere a quibusdā asseritur q̃ celum empyreū sit cuacuatū bis: z adhuc tercia vice cuacuandū. ¶ Primo in xpi ascensione q̃n oēs angeli ei obuiauerūt. ¶ Secōo in beate ꝑginis assumptiōe. ¶ Tercio cuacuandum erit i extremi iudicij tempe quādo omnes angeli z sancti venient de celo vnacum xpo ad iudiciū. Sed forte vis scire qualib meritis ipa beata virgo z alij q̃dam scti meruerunt in hora mortis habuisse celestē consolationē. ¶ Ad hoc q̃ dicere possum⁹ q̃ h̃ speciali⁹ habet fieri ꝓncipaliter ex īmpscrutabili iudicio z mira dispensatōe pietatis ac gratie diuine: tamē plustrando sanctox vitas compim⁹ pcipue tria p que scti id ꝓmeruerūt vt in hora mortis celestē ꝓsolationez angelicā vel diuinā haberēt. ¶ Nam q̃dam sancti hoc meruerūt p feruentē xpi dilectionem, vt patz de Petro aplo, Jobe cuāgelista, sanctis Laurētio et Vincentio. ¶ Alij h̃ meruerūt p castitatis nitide obseruationez: vt patz de sanctis Katherina Clara Margaretha, z alijs pluribz ꝑginibz Alij meruerunt p misc̃die z pietatis exhibitionē: vt ptz de sanctis Elyzabeth Martha z Magdalena xc. Sed q̃m̃ btā virgo maria has omnes ꝓtutes excellētissime habuit: g̃ sume cōsolari meruit. ¶ Preterea legunt alij ꝓmeruisse in morte celestem ꝓsolationē p alicui⁹ vl aliquox sanctox aut sanctaz patrocinationem: q̃bus in hac vita deuota seruitia exhibuerunt: qō certe potissime sup oēs sanctos beata virgo Maria potest z solet erga sibi deuotos facere: vt patz in multis ei⁹ miraculis. Vñ ipa specialissime ab ecclesia īuocat vt in hora mortis subuenire dignet. Maria inq̃t mater gratie: mater misc̃die tu nos ab hoste ꝓtege in hora mortis suscipe. Ergo vtilissimū est btām virginē Mariā in patronā eligere cuilibet homi z ei deuotius famulari atq; in hora mortis seip̃m eidem būiliter cōmēdare. ¶ Tercia ꝓncipalis gratia collata beate ꝑgini in sua morte est q̃ ipa mortua est sine oīi timore cum certissima assecuratiōe. Nimirū aliqui hoim in morte timent naturaliter ipam mortē exhorrescentes. Sic etiā sancti homies timēt naturaliter. ¶ Alij vero timorē habēt ꝓpter mala q̃ fecerunt. ¶ Alij aūt ꝓpter demonū malicia Atq; alij ꝓpter incertitudinē: qz nescit hō vtrus amore vel odio dignus sit, vt dicit Eccs. ix. Et ideo timet dei iudiciū. Sed in btā virgine nullū horz locum habuit. Nā mortem ipam nō horrescebat: qz charitate z desiderio sui filij feruens z gratie suauitate plena cupiebat dissolui z esse cuz xpo: vñ z orabat vt ad eū ꝓueniret q̃ntoti⁹ sicut ptz ex ei⁹ trāsitus z assumptōis hystoria. ¶ Item ipa nūq̃ se peccasse nouerat etiā venialiter: z ideo de aliquo malo nō timuit. ¶ Preterea iudicij sententiā nō timuit: quia amore dignam tanq̃ dei matrē purissimā z dilectissimā quā im-

possibile foret dānari nouit necessario saluā dā ꝛ supꝛ oīa exaltādā. ¶ Deniqꝫ ipa a filio īpetrauit ꝛ obtinuit vt aīa ei⁹ de corpe extens nullū spm̄ teterrimū videret. nullaqꝫ satha ne ptās ei occurreret, vt ptz ex hystoria assū ptiōis. ¶ Qđ si di. tñ aīa sepata a corpe statim naturaliter bz videre demōes ꝛ etiā angelos: sicut nos naturaliter ī ħ mūdo apto oculo videm⁹ lucē ꝛ colorē, quō ḡ verꝫ est qꝫ ipa nō viderit demōes. ¶ Rñderi pōt qꝫ licz cōiter fm doctores aīa ei⁹ sepata sicut ꝛ alie aīe post sepationē ipi⁹ ꝛ assumptionē sicut ꝛ mō videt demōes: ꝛ spūs sine corpe existētes. Tñ speciali ꝓuilegio ħ ei donatū credere possum⁹ a suo filio qꝫ ī ei⁹ exitus hora angeli affuerūt q̄ demones insidiātes nō ꝑmiserūt assistere ipi btē marie: vt vicz exterrentem demonū teterrimā faciē ꝓtunc nō videret ꝛ sic claret qm̄ btā virgo sine oīmī timore cū maxima securitate ꝛ oīmoda ꝓsolatōe externa ꝛ interna obierit. O q̄ felix ꝛ bñdictus fuit iste trāsitus. O de⁹ me⁹ si tunc affuissem: q̄nta deuotōe: q̄ hūili supplicatōe: q̄n taꝫ lachrymaꝫ irrigatōe meip̄m tā dignissime tā sanctissime dñe recōmēdassez: vt apō filiū ī celica gl'ia memor mei pctōris fore dignata fuisset. O aīa fidelis ꝓpende dignitatē ꝛ sanctitatē bñdicte ꝗginis. ꝛ ipi te tota deuotōe cōmitte, ipam pete. ipam frequēt⁹ inuoca: vt ꝓpt filiū sui amorē dignet tibi gratiam ꝛ gl'iam impetrare.

¶ Articul⁹ tercī⁹ qꝫ btā maria in gl'ioso corpore simul ꝛ aīa est assumpta ī celū ad qō assignant, xij. rōnes.

Tercium misteri

tum de gl'iosa btē ꝗginis assūptōe ꝛ ei⁹ felicissima corpis ꝛ aīe gl'ificatōe, de q̄ plerīqꝫ dubitāt. Utrū vicz btā ꝗgo sit corpe ꝛ aīa assumpta in celū ꝛ plenissime gl'ificata: quēadmoduꝫ dñs ihs. maxime qꝫ btūs Iero. in fmōe de assumptōe istud nō astruit: ꝫ sub dubio relinquit. Uerūtn̄ pie credit ab omni eccl'ia ꝛ a doctoribꝫ. Hā Aug. in fmone, qꝫ ꝓfundissimo. ħ asserit plibꝫ rōnibꝫ qꝫ ipa btā ꝗgo sic ꝛ xp̄s sit resuscitata ꝛ corpe sil' ꝛ aīa gl'ificata ꝛ assumpta in gl'ia ꝓsūmata. Qui⁹ aūt fidez ꝓfirmādo. xij. rōnes ad numer⁹ xij. stellaꝫ ī corona btē ꝗginis possum⁹ accipe q̄bꝫ btissima ꝗgo maria gl'iat se corpe ꝛ aīa assūptā in celū tanq̄ꝫ xij. stellis radiantibꝫ ad ꝓbandum. Ut ꝗo deuoti⁹ ꝓpter simpliciores qui magis incitant ad deuotionē ꝑ simplicē hystoricē narratiōis modū q̄ ꝑ argumētoꝝ et rōnū subtiles apices ꝓcedam⁹. ¶ Die ꝛ deuote ꝓtēplari possum⁹ qꝫ hac ipa die assumptionis marie de⁹ volēs ꝑ oīa honorare beatā ꝗginē magnū ꝓcilīū statuit fm humane imaginatōis modū. Coram q̄ꝫ oībꝫ angelis ꝛ sctis ꝓposuit dicēs. Ecce adest tps q̄ aīa genitricis filij dei soluta a corpe ꝑmiū vite eterne accepta ī celesti solio ē collocāda. Quid igit gre ꝛ honoris vob videt vt mee nūc cō ferat genitrici ꝛ ei⁹ sacratissimo corpi in cuius vtero corp⁹ a spūsctō formatū ꝛ aniam assumpsi nouē mēsib⁹ reqeui tāq̄ꝫ ī taberna culo dignissimo. Tandē ipa me pepit ꝗgo ꝛ ꝗgīneo lacte vbere de celo pleno aluit ꝛ castissimo suo amplexu fouit: deuotissime ministrauit: ꝛ in cruce mihi morīēti astitit ꝛ cōpassa extitit tē. Tūc oēs scti ꝛ angeli ꝓcidēdo ꝛ deū collaudādo dicere ceperūt. Magnus dñs ꝛ magna ꝗtus ei⁹ ꝛ sapie ei⁹ nō ē numer⁹. ps. cxlvj. Et illud Sap. ix. Tecuꝫ dñe sapia q̄ nouit opa tua q̄ ꝛ affuit cum orbem terraꝫ faceres ꝛ sciebat q̄d placitū esset corā oculis tuis. Ipa igit tua sapia infinita ꝛ imensa decernat ꝛ diffiniat: qꝫ iustū videt seruis tuis ꝛ dignū vt ipa tua mr̄ oīmī honore ꝛ laude dignissima corpe ꝛ aīa gl'ificata ꝛ a dextris tuis collocata tecū regnet ī secula. Sicut ḡ ab eterno oīpotēs de⁹ decreuit ꝛ voluit eā corpe sil' ꝛ aīa assumere gl'ificatam: sic etiā voluit vt q̄libet ordo celestꝭ patrie eā adorāret: honorāretqꝫ certā rōnez ponēdo q̄si stellā in corona gl'iose ꝗginis ꝓbantē ꝛ declarātē ei⁹ dignā gl'iaꝫ assūptōis.

¶ Primo ḡ angeli posuerūt ꝑmā stellā que est ratio ꝓfectionis.

¶ Scdo ꝑmi pentes posuerūt scdam q̄ est ratio exemptōis.

¶ Tercio sancti patriarche posuerūt terciā que est ratio redūdationis.

¶ Quarto sancti ꝓphete quartā que est ratio ꝑnunciationis.

¶ Quinto discipuli quintā que est ratio ministrationis.

¶ Sexto martyres sextam que est ratio appreciationis.

¶ Septimo confessores septimam que est ratio cōmensuratōis.

¶ Octauo virgines octauam que est ratio incorruptionis.

¶ Nono oēs electi nonam que est ratio pelectionis.

¶ Decimo spīritussanctus decimā que est ratio supplementionis.

¶ Undecimo dei filius vndecimā que est ratio vnionis.

¶ Duodecimo dei patris potētia duodecimā q̄ est ratio p̄magnificatōis.

Un in figura h̄ legit Apoc.iiij.ca.q.xxiiij. seniores p q̄s oēs scti designāt adorabāt viuētē in secla seclorū.i.xp̄z: z mittebāt coronas suas añ thronū.i.btām ỹginē: in q̄ xp̄s vt in throno requieuit: laudātes z dicētes. Dignus es dñe deus nr̄ accipe gl̄iam z honorē q̄ tu creasti oīa z ꝓpt̄ volūtatē tuā erāt z creata sūt. Hec ibi. ¶ Primo g̃ angeli honorauerūt eā di.q̄ digna est corpe z aīa assumi in celū rōne pfectōis talis q̄ dei mr̄ sicut ē pfectissime sctitatis sup oēs angelos z sctōs ip̄roportionabiliter q̄ est tāte puritat̄ vt maior sub deo neq̄at intelligi.teste btō Anſ.ita pfectissimā btitudinē dz habere sup oēs angelos. sz q̄ angeli tā pfectā btitudinē hñt q̄ nō retardant a gl̄ia z pfectōe sue btitudis. g̃ nec aīa btē ỹginis debuit retardari a pfectōe beatitudis. Dz si aīa btē ỹginis sine corpe fuisset assumpta.exq̄ vnaq̄q̄ aīa naturalē habet inclinationē ad ꝓpriū corp̄ nō q̄dez ꝓpt̄ corp̄ de p se sz ꝓpter integritatē hois z pfectionē btitudinis vtriusq̄ ptis ſm Frācis. magro.atq̄ Rich.sup.iiij.di.xliij.seq̄reſ q̄ anīa btē ỹginis sicut z aliorū sctōrū retardata essz a pfectōe btitudinis z nōdū adepta suū plenū desideriū scz in btitudine corpis sui: z p dñs mīn̄ pfectā btitudinē haberet q̄s angeli qđ est incōueniēs.q̄ ipa vt canit eccl̄ia exaltata est sup choros angelorū ad celestia regna. Et cōfirmat̄ p illud Aug.xiij.de trinit. Perfecte inq̄t btūs est q̄ hz q̄cq̄d vult.sz ipius anīa naturaliter vult btitudinē sui corpis. g̃ rē. ¶ Secōo p̄mi pentes generis hūani.s. Adā z Eua accedētes adoratoq̄ deo dixerūt. Oipotēs:adorāde:tremēde:colēde:bñdict̄ tu z bñdicta mr̄ tua. vere ipa dig̃ē corpore z anīa glificari etiā scdā rōne.s. exemptionis q̄ nos eā honoram̄ et laudam̄: z ē talis.q̄ dei mater est exempta a maledictōe Eue quā de⁹ tulit ꝓ eā.ꝓpter pctm̄. imo oīs maledictio Eue in bñdictionē mutat̄ marie vt dicit Aug.in ſmōe de natiuitate ỹginis. Hā vt patz Gen.iij.dixit deus mlieri Eue. Multiplicabo erūnas tuas z ꝓceptus tuos.in dolore paries filios z sub viri potestate eris z ipe dñabit̄ tibi. Hec ibi. Dz ab his btā ỹgo exēpta fuit q̄ fuit ỹgo mundissima q̄ ꝓcepit sine pudore:portauit sine grauamine:pepit sine dolore.z fuit ab oī erūna mlierū aliena.iuxta illud Can.iiij. Tota pulcra es amica mea z macla nō ē i te:q̄ nec corpalis nec spūalis macula fuit in ea. Ipa denīq̄ nō fuit viro subiecta q̄ dña oīm virorū z mulierū.z ipa est q̄ cōtriuit caput serpētis. g̃ iustū z cōgruū est vt etiā sit exēpta ab illa generali maledictōe:puluis es z in puluerē reuerteris. ¶ Cōcludēs g̃ Adā dixit: dignū est dñe de⁹ vt sicut tu me z sponsaz meā Euā i paradiso terrestri posueras z in statu innocētie optimo: ita q̄ si mādata tua ꝓuassem⁹ nūq̄ incinerati fuissem⁹.ita btā ỹgo tua mr̄ q̄ oīa tua mādata pfectissime obſeruauit hāc sibi p̄stitā habeat grām vt vna tecū in celesti paradiso collocet̄ ab oīni incineratōe p̄seruata. ¶ Tercio sancti p̄triarche honorando eā posuerūt terciā rōnē.s.redūdatōis: q̄rū q̄dē.s.p̄triarcharū gl̄ia z gaudiū est ex multorū filiorū in vera fide xp̄i z vnius dei cultu educatōe z saluatōe.vt dicit Bern̄. in q̄daz ſmōe. vñ honorauerūt z laudat erūt beatā ỹginē rōne redūdatōis tali.q̄ gl̄ia mr̄is redūdare bz in filiū. Hā gl̄ia hois ē ex honore genitū Eccī.iij. Un q̄cq̄d honoris impēdit mr̄i dei ipi deo exhibet̄ q̄ ex ea nat⁹ ē. vt g̃ dñs ih̄s in sua mr̄e laudet̄ tāq̄ in throno gl̄ie sue dignū est vt sūme gl̄ie honorē q̄ habet̄ in celo sibi p̄stet. Nec tā p̄cios⁹ thesaurus corpis ei⁹ p̄mittat̄ i terra sz sūmo honore celestis gl̄ie exaltet̄ vt dei thalam⁹.a filio q̄z mr̄ dignissima oīb⁹ sctis z angelis in gloria celestis honoris p̄ficiat̄. Proinde Aug. in ſmōe de assūptōe di. Thronū dei: thalamū dñi:xp̄i tabernaculū:dignū ē ibi ee vbi xp̄s est.tā p̄ciosuz thesauz digni⁹ est celo seruari q̄s terra. Hec ille. ¶ Quarto sctī ꝓphete honorādo posuerūt quartā rōnē.s. p̄nunciatōis:q̄ ꝓphete spūsctō sunt locuti p̄nunciando futura de xp̄o z mr̄e ei⁹: dignū est g̃ vt fideles inueniant̄ p oīa. Dz q̄ mltoz ꝓphetaz oracula z p̄nūciatōes huic ꝓcordāt assūptōi corpali. Un Dauid ait. Astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato. Hāz

aux nõ corrũpit nec putrescit sic ⁊c. Item Can. ij. Surge propera amica mea ⁊c. Ecce ei⁹ resuscitatio. Item Ecci. xxiiij. Qui creauit me requeuit in tab. Et infra. In ciuitate sctifi. i. in pria sil. re. Item Job. i apoc. xij. describit eã mulierẽ amictaz sole qõ vtiqz nõ cõuenit anie sepate. iõqz mox inter phetas Dauid cepit psallere ⁊ i honore ginis dicere Surge dñe in requiẽ tuã tu ⁊ archa sctificatiõis tue. i. corp⁹ btẽ ginis Moyses qz ait. Dic mẽto dñe qm cũ mihi pcepisti archã tibi facere q dicta ẽ archa federis dñi: p quã figurata est dei mr pcepisti vt de lignis tm sethim fieret qz natura talis ẽ q nõ putrescũt nec a vermib⁹ rodunt. Sũt cm iputribilia ⁊ incõbustibilia. g corp⁹ btẽ marie dignũ est nõ p mittere putrescere: sz glificari plenissime ⁊c. Quito discipuli bti inter qs ⁊ Stephan⁹ honorãdo eã posuerũt qntã rõnẽ scz mistrationis. Hã discipl'is pmittẽs ⁊ loqns dñs ihs in terris dixit. Qui mihi mistrat me seqt ⁊ vbi ego sum illic ⁊ mister me⁹ erit Job. xij Sz qz dei mr p oib⁹ xpo in carne sua ministrauit. Primo in vtero purissimũ sanguinẽ. Secõo ipo nato lac ginei. Tercio i tota ei⁹ vita mltiplicit' fouẽdo ⁊ in passione ꝺdolẽdo. g dignũ ẽ vt vbi xps: illic ⁊ hec ei⁹ ministra ⁊ mater. i. in celo colloceť Sexto martyres honorauerũt sexta rõne scz appciationis tali. Scptũ ẽ p ps. de sctis pcipue martyribꝫ. Precios a i ꝺspectu dñi mors sanctoꝝ eius. Si g mors sctoꝝ pciosa. g mors mris dei dz cẽ pciosissima qz ipa sup oes dignissima ⁊ sctissima. Nõ aũt esset pciosissima ei⁹ mors nisi in ania ⁊ corpe viueret glorificata. vt pbat Aug. sermõe q s. Septimo ꝺfessores honorauerũt eã septima rõne scz cõmẽsuratõis tali. qz scptũ est pcipue de ꝺfessorib⁹. Quacũqz mẽsura mẽsi fueritis remetiet vob Lu. vj. Et itez. Reddet vnicuiqz km opa sua Matth. xvj. Sz qz ipa beata ꝑgo opata ⁊ mẽsa ẽ sup mẽsurã hoim qntuz ad meritũ ⁊ gre plenitudinẽ. ⁊ qz plenitudini meriti ⁊ gre corrñdere dz plenitudo pmij ⁊ glie: qz graz ⁊ glaz dabit dñs. teste ps. debuit g digne sibi remetieri km plenitudinez glie ad quã ptinet glificatio in corpe Octauo sctẽ gines honorauerũt eã octaua rõne scz incorruptõis tali. qz dignũ ẽ vt exq ipsa fuit pgo integerrima nõ debuit seq eã putredinis corruptio sz iuxta filiũ prima collocatio. iuxta illud Sap. vj. Incorruptio prim facit deo. Vñ ⁊ in corpib⁹ sctoꝝ p reliquijs exposit⁹ videm⁹ mẽbra ginea et a pctõ inoxia pseruata fore a putrefactõe. vt ptz in mltis ad expientiã. ⁊ iõ oes sctẽ gines cecinerũt in laudẽ btẽ gis di. illud Sap. iij. Hec est q nesciuit thor in delicto hẽbit fructũ in respectõe aiaz sctaz. Hinc Aug. in ẽmõe q sup. Letare inclt maria letícia inenarrabili corpe et ania in ppio filio cũ ppo filio p ppriũ filiũ: nec seq dz corruptõis erũna: quã nulla secuta ẽ tãtũ filiũ partẽdo integritatis corruptio. Hec Aug. Mono oes generaliter electi cões ⁊ relicq accedẽtes honorauerũt eã cõgrua rõne scz pelectõis. vñ cecinerũt illud eccl'ie cãticũ Elegit eã de⁹ ⁊ pelegit eã in tabnaculo suo hitare facit eã. dignũ g est q si alij electi ⁊ scti ac eoꝝ corpa mltipl'r honorant in terris deo disponẽte. mlto magis corpus mris dei honorificeť in celis. Admirũ qrũdã sctoꝝ corpa adhuc in terris seruaťi integra. Multoꝝ etiã relicqe corpoꝝ illustrãt miraculoꝝ gl'ia. qrundũ sepulchra angelicis manib⁹ vt Clemẽtis ⁊ Katherine legim⁹ pparata. Alioꝝ denigz mausolea auro ⁊ gemmis exornata atqz fideliũ crebra visitatione cernim⁹ magnificata. g cum corp⁹ marie sit maioris dignitatis oĩb⁹ p alijs debuit honorari. Sz videm⁹ q nõ in terris. g in celo ⁊ p ꝺnis corpe ẽ assũpta. alias videreť filiꝰ mrnũ honorẽ ꝺtẽpsisse qõ ẽ absurdũ Decimo decus pũsctus honorãdo eã posuit decimam rõnẽ. s. suppletõis tale. btã dei mr sup oĩa plena gra ẽ salutata cui et angel⁹ dixit. Spiritussctus supueniet i te. i. sup oes alios ampli⁹ veniet i te et ꝑtus altissimi obũbrabit tibi Lu. j. Et ꝟ nõ tm q ad aniam ei⁹ sz etiã q ad sacrũ corp⁹ ei⁹. g ipa supplena debuit eẽ gra corpe sil' ⁊ ania. Vere plena erat facies marie gra: q et radiabat adeo vt etiã in alijs ad solũ intuitũ omnẽ ꝺcupiam extingueret. Vere et caput plenũ erat gra p iugẽ ꝺtẽplationẽ diuinã et sapoꝛẽ celestiũ. Item os et labia. iuxta illud ps. Diffusa ẽ gra i labijs tuis adeo plena erãt gra vt ad qõlibet ei⁹ ꝑbum certũ legaťin euãgelio miraculũ subsecutũ. Et ad vnã salutatõez ei⁹ repleta ẽ gra Elyzabeth ⁊ Johes in mrno vtero. et ad ei⁹ qntqz ꝑba sz. Fiat mihi km ꝑbuz tuũ dei fili⁹ descẽdit de celo ⁊c. Item aures plene erãt gra q meruerũt audire ꝑba nõ solũ angelica sz et

dulcissima ꝓba xpi ihu filij dei. Jtē manus plene erāt gra qz ꝓtrectare meruerūt corp⁹ dñi ihu. Et silr pect⁹ z vbera q̄ lactauerunt dei filiū, z sic de alijs, psequēdo, g dignū est vt ei⁹ sacratissimi corpis mēbra sint plena i celo glia: sicut z in terra plena fuerūt spūsco z ei⁹ gra, qz vt dicit Hugo de sctō vict. Plenitudo glie cōmēsurat plenitudi gre. ¶ Undecimo dei fili⁹ dñs ihs honorādo eā posuit vndecimā rōnē vicz vnionis talez. Illud corp⁹ qđ vnitū est diuīe nature in me inqt. i. in xpo nō debuit putrefieri sed resuscitari z glificari, iuxta illud ps. Nō dabis sctm tuū videre corruptōez. Sz qm corp⁹ mris z filij naturalis ē vnū naturali origine tāq̄ corpus de mre exortū, g sic istud ita z illud corpus dz z dignū est glificari. Hic Aug. vbi sup. Putredo inqt z ꝑmis būane sūt obprobriū ꝓditiōis: a q̄ obprobrio cū ihs sit alienus marie natura excipit, qm de ea ihs carnē sūpsisse pbat. Hec ille. Duodecimo dei pīs potētia honorās eā dedit duodecimaz rōnē, s. pmagnificatōis: talē, qm inqt dignū fuit vt possiz eā filij dei genitricē p cūct⁹ creatis magnificare, tā in filij dei ꝓceptōe q̄z in ptus ꝑginalis pseruatōne: q̄z etiā in oīs gre pdotatōe atq̄ glie sublimatōe, iuxta illō qđ z ipa cecinit, Fecit inquit mihi dñs mag qz potēs ē z. Justū z dignū ē vt speciali z hac gra pmagnificet alijs sctis vt corpe sil z aīa assumat in glia. Et ad b⁹ fidei ꝓfirmatōez certe etiā reuelatōes facte sctis legunt. Naz in reuelatōe sctē Elyzabeth legit sibi ab angelo fore reuelatū in visione q tā in carne q̄z spū dña nra est in celū assūpta cū astātiū mltitudine angelor: occurrēte sibi xpo in glioſissimo splēdore portāte i dextra crucē vexillū z cū eo infinita milītia angelor. Dicq̄z vidit in spū rapta btā Elyzabeth btām ꝑginē mariā mlto lumie circūfulsaz alacriter susci pi z cū mag ꝓcentu i celos deduci: de sepulchro resuscitatā z. Jtē legit etiā q dū btūs Anthoni⁹ ordinis minor⁹ viueret aduenīte q̄dam festo sctī Hieronymi noluit ire ad matutinū: stomachat⁹ ē ipz sctm Hieronymū p eo q ipe Hieronym⁹ in ſmōe de assūptōe dicit in hec ꝓba, Dōstrat inqt sepulchrū btē ꝑginis in vallis Josaphat medio vbi i ei⁹ honore fabricata ē ecclia in q̄ sepulta fuisse ab oīb pdicat. Sz nūc vacuū esse mausolcū cernētib⁹ ostēdit. Hec idcirco dixerim qz mlti nostroz dubitāt vtrū assūpta fuerit siml in corpe an abierit relicto corpe. Quō aūt vel q tpe aut a q̄b⁹ psonis sctissimū corp⁹ ei⁹ inde ablatū fuerit vel vbi translatū vtrū ve resurreterit nescit: q̄z nōnulli astruere velint eā iā resuscitatā z btām cū xpo imortalitate in celestib⁹ vestirī. Hec Hiero. Btūs itaq̄z Anthoni⁹ dure tulit q sic dubitat Hiero, z nō affirmat ꝑgis corpa lē assūptōez, p⁹ aliquā g mozulā venit angel⁹ ad eū in cellā interrogādo. Cur antbo, nō vis ire ad matutinaz. At ille se indignari ꝙ hieronymū ob hāc cāz ptactā, et idcirco noluisse eius officiū visitare rndit, et p⁹ mozaz aliquā ecce btā virgo astitit cū ingēti lumie z angelorū comitatu. Statimq̄z antonius genuflexo rogauit vt eum redderet certū de corpis assumptiōe vt secure possit pdicare. Tūc btā virgo certificauit eundē cōmittendo q̄ secure id pdicaret. Jlico aūt b. Hieronymus assistēs appuit dī, q ipe iō hoc nō asseruit i sermōe pdicto qz nō fuit certificatus z q̄ hec sua dubitatio deo disponēte fuit occasio vt btā virgo se plūb⁹ reuelaret z eos de hoc certificaret, z sic visio disparuit i celū, et btūs Anthoni⁹ in ꝓsolatōe magna remāsit. ¶ Ad ꝓpositū itaq̄z redeūdo pie possumus meditari q̄ cū oēs scī pdicto mō btāz ꝑginē collaudasset z singul rōib⁹ dignā ꝑ honore assūptōis pclamasset, tūc de⁹ trinitas mādauit oīb illud ps. Sumite psalmum z date tympanū psalteriū iocūdū cū cythara, buccinate i neomenia tuba in insigni die solēnitatis, s. hui⁹ assumptōnis. Dicq̄z dñs ihesus cū multitudie angelor z sctōr aduenīendo dulciter ītonauit. Surge ꝓpera amica mea speciosa mea z veni. Veni de libano spōsa veni coronaberis. Et sic resurrexit b. virgo et glioso corpe refulgēs cū oī gaudio tot⁹ curie celestis est i celū introniſata, sic de hoc latius patebit i hystoria assumptōis. ¶ Prot de btūs Gerard⁹ epūs i suis omelijs dic. In die virginē btāz celi susceperūt letādo, archangeli iubilādo, ꝓncipat⁹ armonizādo, ptātes citharizādo, cherubin z seraphin hymnizādo, atq̄z ad supnū diuīe maiestatis tribunal deducēdo. Hec ille. O itaq̄z fidel aīa ꝓsidera q̄nta hodie sūt celebrata i celo gaudia, O q̄lis z q̄nta btissime marie hodierna leticia, O q̄z ineffabil⁹ eius glia, stude z tu o mēs deuota i hac die tā letabūda vt dei ge-

ntrici ꝓgratulãdo ipi te recõmẽda, ipamq̃ affectuosi⁹ inuoca, ipam acclama vt in celesti patria tui memor ipa dignet intercessiõe sua te sublimare ad sua illa bona ineffabilia z pticipẽ gl'ie facere p eterna secula Amen.

¶ Pars secũda libri decimi de sublimatõe pcellenti: gl'iaq̃ felicissima q̃ est bonorifice i tronisata Maria in assumptõe

ABtitit regina a dextris tuis ī vestitu deaurato: circũdata varietate, ps. xliij.

Quibꝫ ī verb̃ sctus Dauid spũsctõ afflatus btissime virgis marie laudẽ z gl'iaꝫ pmagnificã ī celesti patria ad quã bodie ẽ assumpta insinuat triplr. Primo q̃dẽ insinuat dignissimũ locũ z thronũ regiũ ad quẽ est exaltata cũ dic̃, Astitit regina, i, btissima maria a dextris tuis, s, o xp̃e fili dei Reuera dignissim⁹ loc⁹ est celi empyrei vbi xp̃s est ī dextra dei patris sedẽs vbi ad dextrã filij astat btã virgo. Hoc q̃ppe astare a dextris ẽ honorẽ filij sui singularit̃ z pre alijs creaturis pticipare ꝫm q bonor filij aliquo mõ pticipatiue redũdat in ipaꝫ inquantũ ẽ mater dei vt vult Tho. iij, scripto sniaꝫ, di, xxij, q. iij, Itaq̃ sũma gloria est marie q; cũ xp̃o est in loco celi sublimissimo z dignissimo ac ameñissimo vt vult Alex, ō hal, in. iij, pte sui voluminis, ℞ est qđ dicit Dauid. Astitit regina a dextris tuis. Scđo insinuat felicissimũ gl'ie habitũ quo ẽ pdotata cũ subdit, in vestitu deaurato. Nimiꝫ auꝫ p alijs metall' est pciosi⁹ z celice, i, solari luciditati ꝓformi⁹ atq̃ incorruptibili⁹. Nã z rubiginẽ nõ ꝫbit z lepre corruptionẽ in cibo sumptũ mũdat z fetorẽ anhelitus ī ore tẽtũ tollit z sedat, vt dic̃ dyascorides, z iõ p aureũ vestimẽtũ significat gl'ie btẽ ꝫginis sũma p ceteris sublimitas: luminositas z ad xp̃i gl'iaꝫ ꝓformitas q̃ est sol iusticie, necnõ oĩs corruptõis alienietas Tercio ps. insinuat ad gl'iaꝫ marie gl'iosissimuꝫ sanctoꝝ oĩm obsequiũ quo a cũctis est venerata, cũ dicit, circũdata varietate, vicꝫ sanctoꝝ et virtutũ celestiũ a q̃bꝫ laudat̃ z extolit̃. O quis valet talẽ et tantã dñam gloriosissimã sufficiẽter laudare q̃ in sublimissimo celi solio est intronisata, sũma gl'ia felicitata, z ab omnibꝫ sanctoꝝ agminibꝫ collaudata, ac bonorifice magnificata, pfecto teste Hieronymo in eius laude deficit oĩs mẽs z lingua, nec sufficiũt etiã si mille foret hoĩm ora Uerũtñ ꝓformãdo nosipos celesti patrie ac militãti eccl'ie ipam laudãdo bũlit̃ z devote illõ qõ canit̃ depromam⁹, Felix nãq̃ es sacra ꝫgo maria z omni laude dignissima: q; ex te ort⁹ est sol iusticie xp̃s de⁹ noster. Et vt cũ devoto ore Bernardo, Ipa voluntaria oris mei bñplacita faciat sibi genitrix dei: dña mundi, regina celi q̃ astitit hodie a dextris xp̃i ī vestitu deaurato circũdata varietate. ¶ Ad cui⁹ laudẽ z honorẽ iuxta premissa notabim⁹ in hoc sermõe tria p̃cipua mysteria de eius gl'iosa assumptõe

¶ Primũ ōr dignissime intronisatõis
¶ Scõm ōr felicissime gl'ificationis
¶ Tercium ōr honoratissime susceptõis
¶ Articulus primus q̃ beata ꝫgo maria in assũptõe est intronisata in thronũ sublimissimũ triplici gl'ia z dignitate refulgens.

PRimũ itaq̃ misterium dignissime intronisatõis seu collocatõis insinuat cũ dicit, Astitit regina a dextris tuis. In q̃ bus ꝫbis designat q̃ thron⁹ gl'ie btissime ꝫginis ad quẽ ẽ assũpta ẽ dignissim⁹ z felicissimus triplici gl'ia refulgẽs qua p̃dotata ẽ mater dei in illa celesti patria.

¶ Prio honorabili officiositate vñ ōr astat̃
¶ Scõo regiali maiestate vñ ōr regina
¶ Tercio diuiali ꝓpinq̃tate vñ ōr a dextris t.

Primo itaq̃ btã dei genitrix intronisata est in dignissimũ thronũ gl'ie in q̃ refulget honorabili officiositate. Et idcirco ōr ipa astare conceptui diuino in dextra sui filij. ¶ Circa qõ queri potest: ad quid vel quare virgo beata dicat̃ astare ad christi dexteram in celesti patria: cum alij sancti dicant̃ in scriptura nõ astare sed simpliciter stare, iuxte Apoc. vij. Vidi turbam magnã scz sorum quam dinumerare nemo poter[illegible] oĩbus gentibus z tẽ, stãtes ante thronũ z in cõspectu agni amicti stolis albis z palme ī manibꝫ eorꝝ. ¶ Item xp̃us ōr sedere in dextera dei patris. q̃ cũ sedere sit honorabili⁹ q̃ astare vel astare: btã ꝫgo quare nõ dicit̃ sedere ī dextra dei. ¶ Denicq̃ legit̃ in ei⁹ figuraꝫ. iij. Reg. ij. de Bersabee mre Salomõis q̃ positus s ẽ thron⁹ matri regis que sedit ad dexteram eius, q̃ cum sic figurat̃ sedere cum filio in throno quõ dicit̃ astare. ¶ Ad p̃missa re-

spōdēdo ꝺr q mr̄i dei ꝺgruētissime attribuitur astare in ꝺspectu dei z in dextra filij ꝓpter tria.

¶ Primo ꝓpt officiū aduocatōis.

¶ Scdo ꝓpt bñficiū auxiliatōis.

¶ Tercio ꝓpt ꝓticipiū honoris.

Primo ꝓpt officiū aduocatōis ꝓpt qꝺ ipa ē assūpta in celū vt.s.astet tāq̄ aduocata generis hūani ꝓ nob intercedēdo iugiter apud filiū, astare em̄ est aduocatōis officiū geret̄ z ꝓinde dic̄ Bern̄. O hō secuꝝ habes accessum ad deū vbi mr̄ stat añ filiū z fili⁹ añ patrē. mr̄ oñdit filio pect⁹ z vbera: fili⁹ ꝺo ostēdit p̄ii lat⁹ z vulnera. nulla g̃ poterit esse repulsa vbi tot ꝺcurrūt amoris insignia. Hec Bern̄. Uñ ptz q ꝺe⁹ voluit ipam assumere z astare ꝓpt h̄ officiū, s. aduocatiōis vt ꝑ eaz mūd⁹ misc̄diaz ꝺseqūtur gr̄am q̄z z salutē, vñ z Chrys. de ꝓrogatiua marie dic̄. Jō tu mr̄ dei p̄electa es ab eterno vt quē de⁹ ꝑ suā nō posset saluare meritissimā iusticiā. tu ꝑ tuā saluares pietatē z misc̄diaz Hec ille. O igit̄ bo mōtio pc̄ōr recurre ad ipam btām ꝙginem ipi deꝙlre stude vt saluari q̄as rē. ¶ Scdo ꝓpt bñficiū auxiliatōis astat q astare adiuuātis z auxiliātis ē, vñ Stephan⁹ in passione sua vidit ih̄m stātē a dextris dei q̄si iuuare patū. Sic btā ꝙgo astare ꝺr, q ꝓpta ē oīb⁹ in q̄buslibet necessitatibꝫ ex misc̄dia subuenire. Uñ Ecc̄i, xxiiij. In oī terra steti z in oī ꝓp'o, s. auxiliū p̄stādo. z in oī gēte ꝑmatū habui, s. ih̄u q est dei ꝙa mr̄ z oīm boīm mat̄ spūal': ꝑcipue fideliū. subdit, Et oīm excellētiū z sublimiū colla ꝙtute calcaui. q. s. demonū supboꝝ caput ꝓtriuit ꝺterit ne boīb⁹ nocere valeāt q̄tū optāt, sb̄dit, Et i his oīb⁹, s. pficiēdis i hereditate dñi morabor rē. Hic Theophil⁹ z allegat̄ i li. q ꝺr speculū marie O dña inq̄t scio q tu es maria ꝓtectō boīz Quis em̄ o imaculata ꝙgo spault in te z cō fusus est, aut q̄s boīm ꝑcat⁹ ē clemētiā tuā z derelict⁹ ē. Hec ille, q. d. null⁹. ¶ Tercio ꝓpt ꝓticipiū honoris q astare a dextris dei ē honorē diuinū ꝑ alīs creaturis ꝓticipare �sm q̄ honor filij aliq̄ mō ꝓticipatiue redundat in ipaz mr̄em dei, vt vult Tho. iij, scpto sniaz. di, xxij, q, iij, Propt̄ea alīs scīs scpt̄ura attribuit stare añ thronū in ꝺspectu agni Apoc. vij, vt tāq̄ milites astare dicant̄ in reuerētiā z honorē regū magnificētiā tā añ thronū, i. btām ꝙginē q̄ est thron⁹ dei in q̄ sic in throno reꝙeuit carnē assumēdo i ei⁹ vtero z nouē mēsib⁹ inhitādo: tq̄ in ꝺspectu agni. i. xp̄i quē oēs scī adorāt Hz xp̄o scpt̄ura attribuit sedere in dextera dei p̄is Bar. vlt̄, z claret in simbolo apl'oz. nō iō q xp̄s �sm membroꝝ cōpositōez flexis poplitib⁹ in aliq̄ sede sederet vt dic̄ Aug. i li. de fide catholica �sm breuitatē simboli. Q̄m xp̄us p̄t ꝑ libito suo sic̄ vult ambulare sedere vel stare ꝓut tenet Laudulfus in scpto, illq̄. di, xlix. Idez putat etiā de scīs p⁹ generalē resurrectōez q p̄nt ambulare i celo: ita q Petr⁹ si vult p̄t eē iuxta Paulū vel aliū ꝑ libito sue volūtat̄, iuxta illud Esa. xl. Currēt z nō laborabūt: ambulabūt z nō deficiēt. q̄nīmo �sm eūdē Laudulfum credit q xp̄s z etiā scī p⁹ iudiciū stabūt pot⁹ tq̄ sedebūt qz corpi inq̄ntū instrumētū anie magis ꝺuenit stare ꝓpt ꝓmptitudinē ad opandū z laudādū deū. Et etiā qz magis ꝺdecet gl'iam dei vt stent coꝝ altissimo rege deo tq̄ sedeāt cū etiā ad sedēdum nullo mō indigeāt ¶ Uñ z btūs Stephan⁹ vidit ih̄m stantē a dextris dei Act. vij. Et h̄ exp̄sse vult Aug. in li. de simbolo exponēs illud, Sedet ad dextrā dei p̄is, Uñ nō ꝓpt h̄ ꝺr xp̄s sedere i dextra dei p̄is q nō staret, sz sedere illud significat iudiciariā ptātē ei⁹ z dextra dei p̄is significat eq̄litatē ꝺ p̄is q̄ntū ad xp̄i diuinitatē vel potiora bona gl'ie q̄ntuz ad ei⁹ hūanitatē �sm Alexā. de bal'. z ꝺcorditer doct. Propt̄ea igit̄ xp̄o attribuit sedere ad dextrā dei p̄is: qz est eq̄lis p̄ri �sm diuinitatē z est i potioribꝫ bonis gl'ie �sm hūanitatē. Btā aūt ꝙgo qz nō est de⁹ sz pure hō. z iō ei nō p̄t sibi attribui sedere ad dextrā dei patris Hz q̄m ipa ꝑ oīb⁹ creat⁹ p⁹ xp̄m in tātū bonorē est sublimata vt ab oīb⁹ angelis z scīs ac mūdi h⁹ boīb⁹ sit adorāda adoratōe ꝙdulie tāq̄ mr̄ dei, Jō sibi attribuit astare, s. ad dextrā vel etiā sedere ad dextrā nō patris sz xp̄i hoīs qz hz honorē sūmo stare iuxta filiū tāq̄ mr̄ z spōsa dei ac regina mūdi. Per hec ptz solutio ad obiecta z de sessione Bersabee: qz figuratū licz in aliq̄b⁹ nō tñ in oīb⁹ optet ꝺuenire vel eq̄pari figure. z sic ptz.

Secūdo introniſata ē maria i thronū refulgētē reginali maiestate. Uñ astitit regīa. Ubi nota q merito btā maria astat i throno reginali qz ipa ē z ꝺr ab eccl'ia regina tripl'r.

¶ Primo regina mūdi.

¶ Scdo regina celi.
¶ Tercio regina miscdie dei.
Prio inquã regina mũdi, vñ in officio Ambrosiano cantãt. Regina mũdi z dña ꝑ. magppetua intercede ꝓ nra pace z salute que genuisti xpm dñm saluatorẽ oim. Hoc aũt dr iõ. qz Maria ẽ dña mũdi z oim creaturarũ sic z dr dñs mũdi, z ꝟ ipo iure mrnitat z spõsalitat dei, qz pentes nõ licz repelli ab bereditate, xix. q. vlt. §. fi. ¶ Propter ea oia sũt marie reginali maiestati subiecta z obedire sibi tenent. Si cñ xpus dr erat subdit illi Lu. ij, sane oia alia sunt eoipo ei ptãti subiecta zc. Scdo dr regina celi, i. celestiũ spiritũ z angelorũ. Vñ cecinerũt angeli di. Regina celi letare alla. qz quẽ meruisti por. zc. qz oia celestia subiecta sũt marie ptãti Ecci. xxiiij. In hierlm ptãs mea. Hinc Fulbert eps carnotẽs dicit. Maria mrna dignitate facta est, s. regina z erga supos z erga inferos imperiosa: vbicz prima: vbicz magnifica cui certe ꝓpriũ est z angelos sctos in misteriuz mittere z ad bñplacitũ suũ oim pacta cẽsere ¶ Tercio dr regina miscdie dei. Juxta illud qd cant. Salue regina mi. vi. dul. zc. Sed ꝟ qstio occurrit: qre mr dei dr poti regina qz impatrix: cũ impatrics nomẽ sit dignioris solẽnitat qz nomẽ regie: z qz btẽ marie ipio subiciunt oia. Juxta illud Deũ. xij. Ad tui oris imperiuz cunct obediet pls. ¶ Ad ꝟ rndet q licz plures sint ad id rões a sctis tradite. vt patuit li. vj. pte. ij. art. ij. Tñ ad ꝟ ponit rõ ꝑcipua. qz impatrix est nomẽ timoris atz rigoris, sz regina pl ẽ nomẽ pietat z eqtatis, iuxta illud Prouer. xx. Miscdia z veritas custodit regẽ z roborat clemẽtia thronus ei ¶ Vñ sic z xps in tota sacra scptura nõ repit aut forte vix. vt noiet impator expl se, sz noiat rex psepe. Et ipo teste ad Pylatũ Tu dicis qz rex suz ego Joh. xix. atz i alijs scpturis mltis. Ita sctã maria ppt pietat sue dñium regina dr poti qz impatrix, vt noiet poti a dignitate pietat qz timorosit. De cui pietate dic Bern. Quid inqt bũana fragilitas ad mariã trepidat accedere q tota ẽ pia et suauis. reuolue toti euãgelij hystoriã et si qd in ea austeꝛ repies suspectã de cetero tene sniam. Hec ille. ¶ Itẽ scda qstio qre mr dei poti dr regina miscdie qz iustitie vel sapie, et sic de alijs, rndet q plibz rõnibz obmissis, potissime iõ vt significet nob qz ꝓ ꝟ solũ ipa ẽ regina ꝟstituta oim ppetatũ diuinaz. i. sapie iustitie glie charitat. z sic ꝺ alijs eo q teste ꝑs, Mirabilia dñi sup oia opa ei. Regnũ g miscdie di i maria denoiat potẽtiã sup oia opa dei, Hec ppauerat Esa. xvj. ca. di. Preparabit i miscdia soliũ ei. s. dei Hoc est: Maria in q de tãqz in solio qeuit O igit bõ accipe documẽtũ q si grauaris a iustitia vel sapia dei aut vñcuqz ad ipaz matrem miscdie et reginã recurre et appella ad thronũ gre et miscdie marie. Ad qd hortat apls Hebreo. iiij. di. Adeam cũ fiducia ad thronũ gre vt miscdiaz ꝟsequmur i tpe oportuno. In hr figurã Hester. v. cũ Assuer rex mãdasset occidere ꝓpl iudeoz Hester regina supplicatura ꝓ ppli salute ad eũ accessit Cui rex ait: pete qd vis etiã si dimidiũ regni mei petieris ipetrabis. Vimirũ ista hester figurat btaz mariã cui dimidiũ sui regni dr rex ꝟdiuisit. qz cũ in ro sint hec duo iustitia et miscdia, iuxta illd ps. Duo hec audiui: qz ptas tibi ẽ et miscdia: qz tu reddis vnicuqz zc. Justitiã dr sibi retinuit: miscdiaz marie tribuit zc.

Cap. III.

Tercio btã mariã ẽ itronisata i thro
t nũ gliosissimũ diuinalis ꝓpinqtatis dignitate refulgẽtẽ: iõ dr. Astitit regi, a de, tu, scz o dr xpe. Est g ipa btã maria ppinqssima ro i throno glie celest sup oes angelos et btos. Hz circa hr rei intelligẽtiã nota qttuor pncta ꝑcipua. ¶ Primũ punctũ q aliqz ẽ opinio dicẽtiũ q btã maria ẽ sup oes angelos et btos ac sup ordinẽ oim creaturaz in qrta hierarchia soli btẽ marie ꝓpa q nõ solũ dignitate sz etiã loco sit infra diuinã hierarchiã vbi xps est in dei dextra tãqz mediatrix int deũ et creaturas sic ẽ collũ int caput et mẽbra. iuxta illud Can. vij. Collus tuus sic turris eburnea ¶ Scdm punctũ q alioz ẽ opinio dicẽtiũ q btã maria sit sup oes angelicas et hũanas creaturas i ꝓpo throno q dẽ ꝓprio throno xpi ad ei dexterã iuxta dispositio i dignissimo loco celi empyrei, cui figura ꝟcor. iij. Reg. ij. vbi hr q rex Salomon surrexit i occursuz mris aduenientis et adorauit eã, s. debita reuerẽtia veneratõis z sedit rex sup throuũ ꝓpriũ. Posit qz est alr thronus mri regis ad dexterã ipius regis z ibi sedit mater scz regis, sic et de maria putant plimi in celesti gloria. ¶ Tercium punctum q aliorum est adhuc opinio dicentiũ

q̄ btā maria in eodē throno gl̄iosissimo cuz dño ihu est ad dexterā. Et hec accipit ex ꝟbis Aug. dicētis in ꝓmōe. Tibi inq̄t dña digne thron⁹ regis gl̄ie debeꝫ. Te ipe rex gl̄ie vt mr̄em verā z decorā sponsaz p̄ oīb⁹ diligens amoris amplexu associauit sibi. Gaude igit̄ z letare sine fine. Hec ille. Ex q̄ autoritate arguit̄ ꝓm Alber. sup missus ē. ¶ Primo si sibi debeꝫ thron⁹ regis gl̄ie. ḡ idē thronus su⁹ z xp̄i regis. ¶ Scdo q̄ si mr̄ z spōsa ḡ iuxta regē. ¶ Tercio si p̄ oīb⁹ dilexit z sibi sociauit. ḡ secū gl̄ificatā hīe voluit. Et ad id ꝓfirmādū facit talis rō ꝓm Antho. florētiñ. in. iiij. pte sūme. q̄ oēs scī dñt associari singulo⁹ ordinū angelis. ita q̄ null⁹ eo⁹ solitarius repiat̄. ſz vn⁹ sctūs cū vno angelo in q̄cūq̄ ordinū: iuxta illud Deut. xxxij. Cōstituit terminos ꝑpl'o⁹ iuxta numer̄ filio⁹ dei. i. angelo⁹. Sz q̄ xp̄s de⁹ z hō sup oīs exaltat⁹ nō dez vt sit sol⁹: ſz sit mr̄ sua secū iuxta eū in gl̄ificatōe q̄ fuit sibi in adiutoriū in redēptione z est secū in aduocatōe ꝓm Bern. ꝑ genere hūano. Quartū punctū q̄ licz ꝟ nobis nō sit certū vtrū vicz maria sit in eodē throno cuz xp̄o vel in alio ꝑtio sibi soli. Talia em̄ cogīscem⁹ ad plenū in p̄tia cū venerim⁹: tū ꝟ certitudinaliter credit ecclia q̄ btā Maria est exaltata in gl̄ia sup oēs choros angelo⁹ z ordines creatura⁹ pura⁹. vt canit̄ in officio. Itē dubiū subscptū licz scriptum habeat̄ inter ꝓmōes de tpe: tñ z ꝟ dez scripsi vt sit in ꝓmptu cui placuerit. ¶ Ad̄ñ adhuc occurrit dubiū q̄ cū celū sit magnitudinis īmēse dubitari p̄ōt versus scz quaz ptem an ad oriētē vel occidentē meridiē vel septētrionē sit thron⁹ xp̄i z mr̄is ei⁹ atq̄ mā. sio ciuitatis curie celestis. ¶ Ad ꝟ rñdendo nota ꝓmo q̄ q̄dā opinati sunt ꝟ fore ad orientē ex eo q̄ dī. ps. Psallite dño q̄ ascēdit super celos celo⁹ ad oriētē z ex eo approbāt q̄ videm⁹ q̄ ecclie z altaria ꝯstrui babēt ꝟsus orientē respiciēdo: vt orōnes z misse in ecclesia fieri habeāt verso vultu ad orientē. Sed ista soluunt̄ taliter. q̄ ꝓm ly. dictū illud ps. sic exponit̄. Qui ascēdit sup celū celi. i. ad extremitatē celi empyrei q̄ est celū celi: q̄ excelsit⁹ sup celosa. d orientē ꝟ oz q̄ xp̄s ascendit de monte oliueti Act. j. Qui mons est ī oriētali pte iuxta hierl'm in q̄ opatum est mysteriū redēptionis. Hec lyra. Et sic nō ꝯcludit̄ dicta opinio fore vera. Ad illā. pbatōez dicit̄ q̄ xp̄lani solēt adorare ꝟsus orientē nō ioꝝ q̄ xp̄s sit in ꝑte oriētali celi. Sz ꝓpt̄ alias rōnes q̄s etiā notat Rich. sup. iij. di. ix. q. ij. arti. vlt. ꝯcor. Rayneri⁹ ī sūma. q̄z ¶ Prima est ꝓpt̄ paradisuz in oriēte cōstitutū Gen. ij. q̄si p orōnes q̄ram⁹ ad paradisuz redire. ¶ Scda ꝓpt̄ ipm xp̄m ia oritū in mūdo tāq̄ lumē q̄ illumiat oēm ho. ve. in hūc mū. Joh. j. Qui etiā oriēs noīat Zach. vj. q̄si significem⁹ q̄z p xp̄m ī orōne illūinari q̄rim⁹. ¶ Alīq̄ūt opinati sūt q̄ celestis curia z thron⁹ xp̄i sit ad occidentē. iuxta illud p̄s. Qui ascēdit sup occasuz dñs nomē illi. Sz hec etiā soluit̄: q̄z ꝓm lyrā ex q̄ iudei adorabāt ad occidentē. qō q̄ dē voluit tūc de⁹: vt excluderet idolatriā eo q̄ oēs gētes idolatre ī reuerētiā solis orabāt ad oriētē. vt ptz Ezech. viij. Et etiā vt figuraret futur⁹ occasuz xp̄i p mortē ei⁹ nostrāq̄ redēptōz. Propter̄ea z sctās sctōz in tabernaculo ꝟsus occidētē erat. vt ptz Exo. xxvj. Per ꝟ ḡ q̄ scribit̄ xp̄z ascēdisse sup occasuz: intelligit̄ ascēdisse sup locū adoratōis hūane. s. ad locū adoratōis angelice q̄ loc⁹ est ī celo empyreo vbi angeli adorant xp̄m ꝛc. ¶ Tercia ḡ opinio ē Frācis. maro. q̄ thron⁹ xp̄i ac marie necnō māsio supne ciuitat̄ sit ad aq̄lonē Et ꝓbat ꝓmo p illud p̄s. Magn⁹ dñs z laudabilis nī. in ciui. dei nr̄i in mō. sctō ei⁹ fun. exul. vni. ter. mōs syon lat̄. aq̄. ciui. re. mag. qō videt oīno sonare ꝓpositū. ¶ Scdo p illud Esa. xiiij. vbi introducit lucifer q̄si ꝓpria autoritate z ꝟtute hāc ciuitatē supnā volēs possidere dī. In celū ascēdā: sedebo ī mōte testamēti ī lateribꝰ aq̄lonis qō nō dixiſſz nisi illa ciuitas ibi foret. ¶ Tercio id oñdit rōne tali. q̄z phi ponūt q̄ mot⁹ celi est effectus adeq̄t⁹ ꝟtute motricis intelligētie vt ī eo agat ꝓm totū ꝟtutis sue conatū z fides ñ ꝓtradicit Ad̄ñ vt eq̄lit̄ agat ī ptes eq̄ distātes oportet vt intelligētia. i. angel⁹ determiet sibi locū in medio ad mouēdū ide totū celū. alioq̄n ageret intēsi⁹ in ꝓpinq̄ q̄s remota. Sz stella maris q̄ ē pol⁹ septētrional' ē in medio celi ꝓm emisperiū nr̄e terre hītabilis. ḡ videt̄ q̄ angel⁹ sibi determiauit hūc locū mediū vt ide moueat alias stellas z totū celū Et p oīs cū ciues nō amēt p̄tie lōginq̄tatē vl' distātiā. vt deb̄t q̄ determiauit sibi locū ꝓpinquū sue ciuitatis magne. Hec Frācis. maro. Reuertēdo ad ꝓpositū ptz btām mariā fore introniſatā ī gl̄iosissimo solio. vbi regit cū filio ꝛc.

Articul⁹ scđs q; btā maria in gl'ie celestis throno sup oēs creaturas tripl'r astat felicitata.

Secūdū misteriū dicit felicissime gl'ificatōis marie qđ notat in themate cū dr. In vestitu deaurato ⁊c. Quib⁹ ex ꝑbis elicit q; btā maria in celo sup oēs angelicas ⁊ humanas creaturas est ꝑfelicitata ⁊ glorificata tripliciter.

Primo in corpis ꝑeminēti gl'iositate.

Scđo i btitudis ꝺdelectabili locuditate

Tercio in vl'is gl'ie totali plenitudie.

Primo qđē i corpis ꝑeminēti gl'iositate: qr dr astat regina in vestitu deaura. i. in corpe gl'ificato. Nā corp⁹ ē tāq; vestimētū aīe cui⁹ gl'ia tāq; aur⁹ oia metalla ꝑcellit oīm aliorū gl'iam p⁹ xp̄z. Hec figurauit Johes Apoc. xij. di. Signū magnū apparuit in celo ⁊c. Profecto ℞ fuit magnū. i. magne gl'ie signū in celo q; vicz vna puella sup oēm creaturā sit ꝑexaltata qr inqt: mulier. i. maria amicta sole. i. corpe lumioso ꝑ gl'iaz ꝺsūmato. qr teste saluatore Math. xiij. Fulgebūt iusti sicz in corpe gl'ioso: sicut sol in regno p̄ris corum ⁊ luna sub pedib⁹ eius. in q̄ significat q; ipa btā maria sup oēs post xp̄m angelos ⁊ beatos est tā ꝑeminēter gl'iosa ⁊ aīa ⁊ corpe q̄n tū sol ꝑ ceteris luminarib⁹ ⁊ stellis incōparabiliter est ꝑradiosa. Qr aūt maria sit corpe gl'ioso assumpta patuit sup̄ pte. j. Scđo ꝑfelicitata est maria sup oēs in btitudis ꝺdelectabili locunditate. Uñ subdit: in vestitu deaurato circūdata: qr oēs btī ⁊ angeli circūdāt iocūdātes btām mariā in celesti p̄ria: delectātes in ei⁹ gl'ia ⁊ btitudie. Sz diceres quō hoc. rñdet q; btā maria ꝑcipue tripliciter delectat totā celestē patriā sua gl'ia. Primo ꝑ radiū illustratiuū: qr sicut sol illustrat suo radio replēdo totū orbē a q̄ oia sydera capiūt lumē. vt ait Plato i thimeo. Sic gloria marie totā celestē patriā illustrat ⁊ decorat. Uñ Aug⁹. in q̄dā sermōe de natiuitate ꝑginis ait. Jp̄m celū qđ penetrasti o maria necnō q̄ in eo sunt ꝑtenta: noua ⁊ ineffabili gl'ia decorasti: porēq; ei⁹ gl'iam vltraq; dici pōt tua ꝑsentia magnificasti. noua illic ac ꝑcellēti dignitate irradias ⁊ mensaq; luce plustras. Hec ille. Scđo delectat ꝑ aspectuz ꝑsentie ⁊ alloquiū dulcissimū. Uñ Bern⁹. i sm̄one de assūptōe ait. Si quuli necdū nati Jobis aīq; liq;facta ē: vt maria locuta ē. q̄ nā fuit illa exultatio ciuiū celestiū cū ei⁹ vocē audire ⁊ faciem videre eiusq; p̄ntia btā frui meruerūt in celo. Hec ille. Tercio ꝑ odorē suauissimū. vñ de ea canit eccl'ia. Uidi speciosam sicut colūbā ascēdentē de sup̄ riuos aq̄r. i. angelor⁹ ⁊ btōr⁹ ordines. seq̄t: cui⁹ inextimabilis odor erat nimis in vestimēt⁹. i. in corpe gl'ificato: qr sm̄ doctores corpa gloriosa erūt fragrātia odoribus suauissimis Juxta illud Apoc. v. Habētes phialas plenas odoramētor⁹. g̃ m'to magis corp⁹ gl'iosum marie in cui⁹ odore sancti exultātes di. illud Cañ. j. In odorē vngentor⁹ tuor⁹ currim⁹. s. o maria. iō adolescētule. i. anīe btē: dilexerūt te nimis. Hinc Eccī. xxiiij. ipa ait. In platei⁹. s. supne bierl'm sicut cynamomū ⁊ balsamū aromatisans odorē dedi q̄si mirrha electa ⁊c. Tercio ꝑfelicitata ē maria in plenitudine oīs gl'ie vniuersal'r: vt q̄d q̄d ceter⁹ ꝑ statū est ꝑ ptes ipsi soli plene ē datū sm̄ Hiero. Uñ Eccī. xxiiij. In plenitudie sctor⁹ detentio mea. Sup q̄b⁹ q̄dē ꝑbis Bern⁹. dic sic. Merito in q̄t i plenitudie sctor⁹ ei⁹. s. marie detētio erat cui nec puritas angelor⁹ nec fides defuit p̄triarchar⁹: nec spes ꝓphar⁹: nec apl'or⁹ zel⁹: nec ꝓstātia martyr⁹: nec sobrietas confessor⁹. nec castitas ꝑginū: nec fecūditas defuit ꝺiugator⁹. Hec ille. Sz q̄stiones ⁊ dubia circa ℞ occurrūt eō q; aliq̄ sctī gl'ificati sūt tribus aureolis sil': quō btā ꝑgo habeat ꝑcellētē plēitudinē talīū Est g̃ ꝓma q̄stio Utrū btā ꝑgo habeat aureolā ꝑdicatōis ꝑcellētē oīm aureolas alior⁹ ꝑdicator⁹. Secūda q̄stio vtrū beata ꝑgo habeat aureolaz martyrū ꝑcellētē oīm aureolas martyrum. Tercia q̄stio vtrū btā ꝑgo habeat aureolā ꝑginitat⁹ ꝑcellētē oīm aureolas ꝑginū.

Ad ꝓmū de aureola ꝑdicatōis videt i cōtrariū q; ipsa nō habeat eā aut saltē inferiorē habeat ceter⁹ ꝑdicatoribus ꝓbat. Nā defl cīēte cā deficit effect⁹. ex. q̄. phīcor⁹. Btā āt ꝑgo nō habuit statū ꝑdicator⁹ vel doctorū nec exercuit ipsa actū ꝑdicatōis aut docēdi sic alq̄ m'lti exercuerūt. Aureola ꝑo ꝺbet exercitio act⁹. vt volūt doct. sup. iij. dist. xlix. g̃ ipsa nō habuit aureolā ꝑdicator⁹: nec videt quō ꝑcellētē alīs habeat aureolā hāc. In oppositū est: qr Dam. dicit q; hec beatorum btissima a nullo illustrū vincit. qđ fieret si ipa aureolā ꝑcellētiorē nō haberet. Rñdet

